

A-5  
—  
230 a

# CHARTREUSE de SEITZ

✧ Vâl-Saint-Jean-Baptiste ✧


( PROVINCE D'ALLEMAGNE SUPÉRIEURE )



*Manuscrit du Ven. Père Dom Palémon BASTIN*

+

S. M. P.



*Cartusia*

*Vallis Sancti Joannis Baptistae*

*in Seitz*


*1165. —*

# Domus Seitzensis. —

Anno salutis 1165, Alexandro III Pontifici maximo, Romanorum Imperatore  
Friderico I, cognomento Barbarossa, Ottocarus Marchio Styriae praesuit. Is  
cum aliquando animum curis gravatum, levare vellet, venationi necessaria parata  
esse, subditis demandavit. Factumque ut per nemus obsequitans, in opacas  
montium, deveniret convalles, ubi miri candoris cervam, conspicatus, praedam  
insequitur, jamque pene assecutus, dum eo delictus fuisset, ubi nunc monasterium  
constructum, visitur, locum, conspicit, et momento ex oculis cervam, perdit. Quare  
concitatioe forsitan cursum fatigatus, ex equo desilit, prostratusque, vicina sub  
arbore, somnum, captat; non tamen somniat, sed mirabilem, spectat visionem.  
Idest enim, unus quispiam, coelo delapsus, solis jubare clarior, camelorum, vestitus  
pellibus, mirandae desuper formae, miraeque coloris gestans ancillam, fixusque  
in aere, quiescentem, interpellatus Marchionem: Fili Ottocare, ait, Salve, esto  
vir fortis et noli pavere. Ottocarus miratus visum, audens tamen compellere,  
virum coelicum, sic affatur: ades, o Pater sanctissime! o quam gaudeo ad  
me peccatorem, te dimisse. Quis tamen sis, quare de causa veneris, affere  
obsecro! Recce me, coram te, moni: omnia quae vobis jubere, Dei gratia suffra-  
-gante, aliquando completa es visurus, cui ille: Ego sum, ille Domini Baptista  
Joannes, Zachariae filius, quem Herodes ob veritatis praeconium, decollari  
jussit. Moveris velim, omnium conditori Deo placitum, quo haec vasta  
in eremo, qua nunc soporatus jaces, servorum Dei construas monasterium,  
ad gloriam Dei, meique nominis memoriam, qui pro te, curis aliis, quibus  
implicato, tuisque et omnibus qui Christi ejusque Martiris nomen venerantur,  
assidue deprecantur. Ad hoc Dux promptissimus ad divinos annuitus: O  
quam lubens, ait, hoc Dei opus obsequar! Dummodo cujus religionis abbas,  
- nos hunc in locum, collocem, indicetur. Nec meclias precor, unum quod rogo  
edissere: quid sibi, hic abbas quo vestiris, ucellus? cum te nunquam, aliam,  
quam a camelorum, pilis contexta veste usum, evangelicae lectione perhibeatur?  
Ad quae sanctus: Moea, inquit, ut vestis ista servorum Dei, quibus recun-

Miraculosa cartusiae Scitzensis fundatio

Anno salutis nostrae 1160.



(Haec narratio post omniam requisitionem, ex dicta domo transmissa est ad me A. 1752, ait D. G. Schurengel Priorum Dantisii. Appendix ad tom. 11. p. 61.) -

22. Nariculam Sciti: Alexander III, habensque Rom. Imperii Frederico I. cognomento Barba-  
rossa gubernante, Styriae (quam Ancestylis teste, Valerian, quidam dicere) Ottocerus March,  
prouocuit. Qui cum tempore quodam, animus, cuius grauaturn, levare vellet, venationi ut sese  
pararent, sibi subditis praecipit. Factum est, ut euntes eo, in opacas montium devenissent  
conualles, ubi cervam miri candoris videns, equam ad insequendam, dejiciendamque cum  
calcaribus ungere coepit. Festinans igitur quo eam caperet, ad locum, ubi nunc monasterium  
constructum, venitur, devenit: ubi quoniam insequeretur, cervam ex oculis evanuit. Quod illud devo-  
tus Princeps cernens, equo cui insederat, desiluit, projiciensque se subtus quamdam, de fronspe  
arborum, pressus sopore, obdormire coepit. Quo intervallo, mirabilem, quae sequitur, visionem  
habuit. Quidam enim, solis jubaribus clarior, camelorum, vestitus pellibus, de super cucullam,  
mirabilis formae, nivei coloris gestans, e supernis delapsus, et fixus ut aere astaret, dicens:  
Tibi Ottocare salve, esto vir fortis, et noli parere. Ut te, opatens antecessime, respondit, ad me  
peccatorem, venire dignatum, exulto. Quis tamen sis, quare de causa veneris, appare, precor.  
Iste enim, coram te sum, et omnia quae voles, jube, et tibi gratia suffragante aliquando  
completa videbis. Cui ille: Ego sum, ille Domini Baptista Joannes, Zachariae filius, quem Herodes  
ob veritatis prosecutionem, decollari fecit: et tibi, omnium conditori Deo placere, qui hoc vasa in  
eremo, qua nunc soporatus jaces, servorum Dei constituas monasterium ejus ad honorem, meique me-  
moriaram, quia pro te curis alioquin saeculi implicato, tuisque et omnibus qui X<sup>te</sup> ejus quem illatis  
nomen venerantur, orent: ut tibi nunciare. Ad hoc dux: O quam lubens, est, hoc Dei opere prose-  
querer mandatum, si ejus Religionis alumnos hunc in locum collocandos scirem. Sed tamen  
ne succinsecas mihi, precor, quod sibi haec alba, quae vestiris, mirabilis cuculla velit, edicito.  
Uenim quoniam camelorum, pilis alia te veste usum, evangelica lectione didicimus quoniam. Ea quae  
cernis vestis eundem est servorum schema, quoniam secundum Dei proceptum hoc in loco Domini-  
cium fundare debet. Respondit dux: quomodo fiet istud, peregrinus est mihi habitus,  
ignotus ordo, et quo in loco talis schematis reperiam viros, res ideo. Sanctus, noli timere, ait meo

secundum praeceptum Domini, hoc in loco domicilium fundere adoceri. Peregrinus  
quidem est habitus hic, ignotus Ordo, et ubinam terrarum, reperiendus incognitus,  
se metue tamen consilio meo obsequere, modum dabo exequendi. Ante 80  
perme annos Bruno, natione Theutonius, exemplo quodam terribili salubriter  
compunctus ex urbe Parisiensi cum paucis, id est <sup>seu?</sup> ~~seu~~ comitibus egressus ad eremum  
Cartusiae recessit, ubi a Domino P. Hugone Gratianopolitano Episcopo habitum  
hunc cum sociis suscepit, Ordinemque qui Cartusianus dicitur, et esset, inchoavit.  
Est autem hic locus seu eremus in ultimis Sabaudiae finibus in Diocesi gratia-  
nopolitana altissimos inter montes asperissimasque petras, sex a Chamberino oppido  
miliaribus constituta. Cujus accessus difficilis, per ardua enim duntaxat  
montis jugum, perque medium duarum sibi ex adverso positarum petrosarum  
molium, desperatissimum minitante terribili petra transitus datus. Hic moran-  
tur servi Dei, quos hunc in locum, evocabis. Illuc nuncios, qui Fratres a  
Priori loci Basilio hoc in loco collocandos expetant, allegabis. Sahilarctus  
Marchio promissus ad obsequia, spondet fore illuc quod mandabat. Haec  
cessavit visio. Sed exuvia dum disparet sanctus, Principis corruit et us,  
feras insequens cum strepitu, fragorique multo accelerat: et subito lepus  
(mirabile dicta) persequentium ore canum fugiens, in vana dormientis Ducis,  
quasi reverso sub asylo tutari seu volens, absconditur. Dux leporem sentiens, simul-  
que venatorem, clamore expergefactus altam linguam scleronicam: *Seitz, Seitz*  
(hoc est lepus, lepus) exclamavit. Quo ex facto, Marchio loco illi quod per leporem  
excitatus fuisset, *Seitz* nomen indidit, et monasterium, ibidem, construxit. Quod  
tandem servis Dei ex Cartusia magna, ad Romani Pontificis postulatum,  
revertibus cum necessariis fundis, et donationibus cetera adidit. Hoc igitur  
facto Cartusia haec initium, habuit suum, primaque Germaniae acquirit a  
decima post Ordinis foundationem, esse meruit. In monumentis antiquis monasterii  
*Seitzensis* - Marchio haec de origine Cart<sup>e</sup> *Seitzensis* etiam germanice impressa  
habetur his verbis. *aj' ante Schwanget* qui d'onne le texte allemand.

consilio obsequere, et bono claudatur fine omnia. Ante hos etenim 86 ferme annos Bruno, natioue  
theatonicus, exemplo quodam terribili salubriter compensatus Urbis Parisiensis cum paucis, id est  
sex comitibus egressus, ad Bremum Cantusie recessit: ubi a Divo P. Hugone Gratianopolitano Episcopo  
habitum hunc cum suis recepit, ordinemque qui cantusiensis dicebatur, et esset, a loco ubi initium habuit  
inchoavit, sed autem hic locus non Bremus in ultimis Sabaudie finibus, in diocesi Gratianopolitana  
inter altissimos montes atque volumn, usque porreitas asperissimas petras, seu a Chamberino oppido  
(quod Camearinum, alii vocant) milliariis constitutus, cuius accessus difficilis est valde, perardui  
enim montis jugum, perque medium, duarum, sibi invicem, oppositarum, petrarum, molium, de super  
casu terribili petra minitante, transcendendum est. Illic nuncios, qui fratres a Pivore loci Basilio  
dicto, hoc in loco collocandos petant, mitte. Exhilaratus comes ait: piet, piet. Quo dicto saultus  
disparuit. — Interim, Principis comitatus feras insequens cura strepitu, fragore, clamore ulula-  
tisque (ut in talibus mos est fieri) magno loco ubi Dux visione, præcedente, attonitus adhuc jacobat,  
propinquare coepit. Interim, Lepus (mirabilis dictus) persequentium canum, ora fugiens, in sinu  
Dormientis Ducis quasi secus sub asylo sese tutare volens, abscondere cepit. Qui Leporem simulque  
venatorum, sentiens clamores, expergetus, clamore intonuit Slavonica lingua dicens: Seitz, or  
Seitz. Quo ex facto, loco, eo quod per Leporem, qui Seitz Slavonice dicitur, excitatus fuerat, Seitz  
nominavit monasterium. Videns etiam Ottocarus Marchio locum esse angustum, emit a Leopoldo  
a Gonawicz villam Gonawicz: ubi amplius et spatiosior locus erat, ut ibi edificaret monasterium.  
Cum vero ecclesia et domus pere perfecta essent, apparuit deus Divus Joannes Fundatori, iubens  
destrui edificium, et dicens: non in hoc loco edificandum mandavi monasterium, sed in loco  
primæ revelationis, nisi autem Deus te simplici animo ac bono peccasse cognosceret, in te ejus  
ira deserviret. Opus ergo edificatum pro parte cuius destrue, et ecclesia tuo mandato fiat  
parochialis, libertasque civitatis, quam villos contulisti, permaneat et sub sit cenobio a te fundandi.  
Cum in dicitur Princeps procepto divino perens, cepit edificare monasterium Seitz, et A. Dni  
1165 introduxit fratres in hunc locum, a se nondum perfecte edificatum. Ottocarus ejus filius primus  
Dux Styrie, deuncto genitore, structuram continuans, ei feliciter brevi post tempore ultimam  
manum imposuit. Hoc pacto, Cantusia hoc proesens initium habuit, primaque Germanica ac  
quinta deum a post ordinis fundationem, esse meruit. Deo honor et gloria in secula seculorum,  
Duxes. — Concordat cum tabula in ecclesia nostra Seitzensi publice affixa. — ita scribitur

Ottocarus Marchio Styriae, fundat et dotat Cartusiam Seitzensem.

In nomine s. et indivisibilis trinitatis, Ottocar Marchio de Styria Divina parente Clementia. Ego Ottocar Marchio de Styria omnibus presentibus et futuri temporis X<sup>ta</sup> seculi memorandis trado; et ut nullam oblivionis omnibus ejus detergam, privilegium inscribi jubeo, et impressione sigilli mei corroboro, qualiter Ordinem Cartusiensis heremi in marchia meae dilectionis transfaraverim. Igitur ad laudem omnipotentis Dei et Virginis perpetuae Dei Genitricis M<sup>oe</sup> votum, desiderio animi dicitur proclibatum, Divina cooperante gratia, feliciter consummari, et ut voti celerius compos fieri potuissent, missis legationibus, apostolicam clementiam interfeltari, quatenus ipsius auctoritate interposita, monendo, rogando et exhortando in Domino, Patres sanctos praedicti Ordinis ad petitionem meam inclinares: sicque tanto pretio patrociniis ceptum, opus per Dei misericordiam tandem elaborari: hoc pagus qui vulgo dicitur Gumwitz in Patriarchatu Aquilegensi, ubi situm est praedium, eminentioribus montibus circumseptum, antedicto Ordini optimum, quod a Lufoldo ministeriali meo, legitimo concambio conquisivi, retribuens ei villas istas: Wides, Malcken, Chobilentach, Louke, et mansum unum in Windischen Gratzze, sibi et uxori meae et liberis meis, in jus et proprietatem hereditariam, in quo praedio in honore D. N. J. C. et <sup>Stae</sup> Genitricis ipsius perpetuae V. M<sup>oe</sup> et <sup>Stae</sup> Joannis B<sup>ae</sup>, omniumque sanctorum, reverentissimi Ordinis cellam fundari; et praedium, ambitu ibidem, super altare potente manu legari cum omnibus suis usibus et appenditiis ad idem pertinentibus, quantis et inquirendis, cultis et obediis, piscibus, piscationibus, aquis, aquarumque decursibus. Ponit praeterea terminos illius cellae, sicut aquae et vires decurrunt ab apicibus montium usque ad v. altam ipsam, in parte una, et in parte altera usque ad praedium Gurensis Ecclesiae. Et tale dedit praecceptum, ne quis terminos heremitarum, ibidem, inhabitantium, venationibus, piscationibus, vel pascedis gregibus, vel lignis succidendis, neve ullis tumultuosis accessionibus contemplatores Dei inquietare vel ordinem, illum, perturbare praesumat. Si quis vero hujus nostrae constitutionis edictum, recognoscens,

contemptor temerarius intulerit. Advocati loci, si liber vel ministerialis est, decem libras componat: si de ordine plebeio sit, XXX solidos persolvat. Hujus etiam constitutionis mee scriptam nulli successorum meorum liceat infringere. Volo etiam et omnimodis interdico, ne Patriarcha vel aliquis episcoporum, potestatem habeat immutandi Ordinem Cartusiensem in loco memorato. Quod si Ordo praedictus, causis intervenientibus, quod Deus avertat, in eodem, venobis aliquando non fuerit, praedium idem, in usus meos vel heredum meorum, redigatur. Ad confirmationem, hujus traditionis et legationis mee testes subscripti sunt per aures tracti. Ego Otacer Dei gratia Marchio de Styria, Henricus Prio, Lechesperterus gener ejus Liupoldus de Hohencke et filius ejus Weraudus Abram, Richerus Gotschalk, otto, Wulinch, otto, Dietmar, Alber, Ulrich, Ortolf, Luitwin, Ulrich, Ivar, Luitolt, Marchart et alii quorum plures. Acta sunt haec A. D. nrae Incarnationis MCIXV (1165) Alexandro III Apostolice sedis presidente, Frederico Imperatore regnante, Udalrico in cathedra Aquilegensi presidente, Basilio Priore in Heremo Cartusiensi, Beremundo Priore loci hujus existente feliciter. Amen.

Udalrici Patriarchae Aquilegensis Diploma pro Cartusia Seitzensi  
1173.

In nomine D. et Individuae Trinitatis. Nos quidem D. G. Ulrichus S. Aquilegensi Ecclesiae Patriarcha et Apostolica sedis Legatus, cunctis X<sup>to</sup> fidelibus tam futuris quam praesentibus, notum esse volumus qualiter vineas et campos, totamque proprietatem quam plebs de Gannwitz apud Sitz habere dicebatur, per concambium ab eadem plebe, consensu fratris nostri Sigehardi, Plebani ejusdem plebis, in pleno capitulo apud Obemberech in plebe S. Cantiani, communi consilio fratrum nostrorum, expedivimus, ipsamque proprietatem Ecclesiae, in valle S. Joannis de Sanna constituta, necnon et fratribus, ibidem Dominis famulantibus in remedium anime nostrae ac antecessorum nostrorum, proprietario jure in perpetuum habendam et possidendam, donavimus et tradidimus. Praedictae vero plebi de Gannwitz decimas XV mansuum, qui in loco, qui dicitur Binoth, sunt constituti, cum omni integritate, videlicet cum parte nostra et Plebani, de communi consilio, in con-

concambium perpetuo habendas et possidendas tradidimus. Quod quidem, ut  
 verius et inconvulsius, in eorum, permaneat, presentem, paginam, inde conscribi  
 et sigillo nostro insigniri fecimus. Datum, est hoc feliciter A. D. 1173 ind. ch.  
 14. presentibus patribus nostris Wernardo Ergostino et Frederico Petenensi epis-  
 copis, Engelbrechte Abbate de Oberberg, Ottone Jun. et Pilgrino Praeposito,  
 Joanne Priore ejusdem, ecclesiae S. Joannis, Richero, Pilgrino et Regnardo  
 Capellanis. Petoldo Sabinensi Archidiacono, Sigardo Plebano de Gommwitz  
 et tunc Decano, Henrico Plebano S. Michaelis, Lamberto de Wraslaw,  
 Eusebio et aliis patribus Capituli laici, etiam cognoverunt Gerhardus de Lunck,  
 Leopoldus de Nonche, Albertus de Mascewisse, Gerhardus de Thagenst, Wofcal-  
 de Wicoster et alii. Ego Romulus Aquit. ecclesiae magister scholarum, mandato  
 D. Patriarchae scripsi et dedi.

Je donne seulement les titres des autres pièces :

1177. Alexander III Papa hortatur Fratres in Seitz ad pie vivendum.  
 Lucius III Papa indulget Seitzensibus quod a quocumque Episcopo ordi-  
 nari possint.  
 Idem Cartusiam Seitzensem sub protectionem Sedis Apostolicae suscepit.  
 Idem eadem possessionem praedictae Gommwitz confirmat.
- 1185 Idem Nobiles de Gommwitz commoneat ne graves sint Abbatibus Seitz-  
 ensibus. f. 3 de eis, nobiles qui erant déjà molesti le religieux wot nomine  
 Ottolffus, Otacharo et Leopoldo.
1182. — Otacher Jun. Dux Styriae de novo fundat et dotat Cartusiam  
 Seitzensem.

In nomine S. et Individuae Unitatis, Ego Otacher D. G. Dux Styriae omnibus  
 X<sup>to</sup> fidelibus tam futuris quam presentibus, per praesentia scripta notum fieri volo quod  
 Pater meus memoriae felis Otacher Marchio Styrensis ad laudem, et gloriam, omnipo-  
 tentis Dei et ejus Genitricis ac perpetuae V. M. sanctaeque Joannis B<sup>at</sup>ae et omnium  
 Sanctorum, consilio et auxilio R<sup>omi</sup> Papae Alexandri, Fratres de Ordine Cartusien-  
 si adduxit in Marchiam nostrae ditianis, eosque in loco, qui nunc Vallis S. Joannis dicitur  
 collocavit. Nos vero nominis et hereditatis ipsius successores, votum desiderii am

animi sui prolibetum, sed morte, quae nulli parit, proveniente, minus perfectum,  
plenius consummavimus. Fratres autem, qui primo venerunt, morem gentis nescientes,  
terra utrum, fecunda, an infecunda esset, minus caute attendentes, multo minus  
quam eis sufficere poterat acceperunt, cum Pater meus multo plura eis dare  
voluisset. Unde ad tantam pauperiam post mortem, Petri mei devenerant, quod  
locus fere destructus fuerat. Nos vero hoc cognoscentes, ad restitutionem eorum,  
citius per animum porreximus. Pater meus dedit eis XII modios salis in Graun-  
schau, XX masses ferri in Leyben, et unam summam olei ibidem, 19 mensuras  
mellis in Lyver, et alia quam plura. Nos vero ad haec addidimus ceteros et pullos  
omnes, quarum carnes consumimus in 3 Praepositis, Marchpurg, Rakerspurch  
et Lyver, absque dominicis diebus et 3 diebus in statali Dni et Pascha et Pentecosten:  
Dedimus eis etiam villam, quae sibi contigua est nomine Sity, et omnes  
seruos et ancillas, qui tunc temporis in eadem fuerant villa. Dedimus quoque  
eis quicquid in villa, quae Rogatz dicitur, habebamus, et mansum unum  
Oplowitz. Proterea constituimus eis singulis annis dari 8 marcas de elemosyna  
Patris mei; Gratz 1, Rakerspurch 1, Marchpurg 1, Rogatz 1, Lyver 1, <sup>Dierastein</sup> Dierastein  
1, Lesenech dimidiam, marcam, Judenspurg dimidiam, Leuben dimidiam, Sachsen-  
velde dimidiam. Et quia Pater meus, quando eos adduxit, aedificia necessaria  
eis refacturum promisit, nec in hoc eis subtrahimus manus nostrae pietatis;  
quin potius constituimus eis XV marcas dari singulis annis quaeque neces-  
saria aedificia construantur. Adhuc autem, quia pascuae, quae infra terminos  
eorum sunt, pecoribus eorum non sufficiunt, concessimus eis pascuam per terram  
nostram, tam in alpidibus quam in campis planioribus. Concessimus etiam, si  
quis ministerialium, nostrorum, praedia sua vel alia quolibet, quae absque  
consensu et licentia nostra dare non possunt, eis conferre voluerit, quod libere et  
absque ullius contradictione faciat, et ipsi libere absque ullius inquietatione prope-  
tuo jure possideant. Ortolphus quoque de Gonowitz et Wacher ac Leopoldus fratres  
ejus, pro remedio animarum, marum, atque omnium Praedecessorum, nostrorum, Patr-  
ibus in praefato loco Deo servientibus libere et absolute concesserunt piscationem  
per totam aquam, quae Oplowitz dicitur, et per illam similiter quae Breuold

nuncupatur, et hoc ad memoriam, perpetuam, in hoc privilegio notari proceperunt.  
Hoc et alia, quae sive Pater meus, sive nos contulimus, quae sita cum, in quibusdam,  
cultis cum, colendis, et cum, omnibus ad ea pertinentibus agris, vineis, pratis, pasuis,  
piscationibus venationibus libere et absque omnium, secularium, inquietudine  
tradidimus. Tale quoque praecipuum, statuimus, ne quis terminos Heremitarum,  
ibidem, inhabitantium, venationibus, piscationibus, vel pasendis pecoribus,  
vel lignis succidendis, sive aliis quibuslibet tumultuosis accessibus contempta-  
tores Dei inquietare, vel quietem, tantae religionis audeat perturbare. Si quis  
vero hujus nostri edicti temerarius contemptor extiterit, Advocato loci, si liber  
vel ministerialis est, X libras componat; si de ordine plebeis, triginta solidos  
persolvat. Advocatum, vero ejusdem, loci neque Pater meus neque nos, alicui  
tradere volumus, nisi nobismetipsis. Ut autem, haec rata et inconvulsa perman-  
neant, privilegio confirmamus et impressione nostrae imaginis arctius corrobor-  
amus. Ad haec autem, ad praedicta addidimus ac firmum, et ratum esse decer-  
nimus: si quando Deus eis in praediis eorum, argentum, vel aliquid tale invenire  
donaverit, libere et absque alicujus infestatione possideant. Hujus rei testes  
Ottho de Chunesberch, Henricus de Brus, Lantwinus de Humberg, Henricus de  
Ruten, Leopoldus pater Ducis, Dietmarus et Ulrichus pater ejus de Butenowe,  
Arnulfus de Rustdorf, Arnulfus de Wartenberg, Ottho rex et filii ejus  
Daringus, Ottho curius et Hergungerus, Poppo de Chlam, Perchtoldus de  
Hague, Rodolphus de Quindelbare et alii multi. Istud privilegium, ego Ottho  
hoc modo praecipui inscribi, et inscriptum coram, me ante Salsian, Raachsburch  
multis praesentibus, et lectum, et a me <sup>firmatum</sup> confirmatum. A. D. m. 1182, Indictione  
I regnante Frederico Imperatore et Godofredo Patriarcha Aquilano constantia.

1185. — Idem Dux Cartusiae Sictzansi vetera privilegia confirmat novis quae  
auget

1187. — Dietrici Episcopi Gyrensis Charta pro cartunia Sictzansi. On y voit  
figurer S. Willihelmus Prior de Gyris

1195. — Leopoldi Ducis Styriae Diploma pro Cartusia Sictzansi

- 1199 circa. - Idem confirmat traditionem, Maichildis factam, Cartusiae  
Seitzensi -
- + 1202. Rudolphus de Rasia confirmat donationem villarum, Candi in  
factam Cartusiae Seitzensi. (D. Nicholas et D. Petrus) -
- + 1206. Otachus de Gannwitz Cart<sup>ae</sup> Seitz. Donat & mansus in villa  
Ophlonitz. (D. Nicholas et D. Petrus) -
- + Bertoldus Dux Dalmatiae confirmat beneficia a suo parente  
in Cartusiam Seitzensem collocata
1207. Leopoldus Austriae et Styriae Dux, veteres Cart<sup>ae</sup> Seitz. terminos  
confirmat et novis auget (D. Nicholas et D. Petrus) -
1213. Idem ratam habet donationem, Cart<sup>ae</sup> Seitz... a Thymone de  
Urswitz (Ursitz?) factam.
- + 1228. Gregorius IX Papa Cartusiam Seitz... in protectionem Sedis Apostolicae  
recipit et privilegiis ornat
- + 1233. Theodora Austriae Ducissa donat alteram olei samnam, Cart<sup>ae</sup> Seitz.
- + + Fredericus Dux Austriae confirmat donationem, factam, a Sophia  
1235 (circa) de Lembach C. S.
- + 1237. Bartholdus Patriarcha Aquilej... quarundam decimarum, possessionem,  
confirmat (D. Petrus dicitur Prior) -
- + 1241. Wilhelmus de Hoheneck Cart<sup>ae</sup> Seitz... pro damnis illatis possessiones  
diversas confert (D. Petrus dicitur Prior) -
- + 1256 (circa) Alexander IV Papa confirmat privilegia Cart<sup>ae</sup> Seitzensis -
- + 1256. Idem Patriarcha Aquilej... mandat ut Cartusiam Seitz... tueantur -
- + 1259. Stephanus Rex Hungariae domum hospitalium in Zerevalde unit  
Cart<sup>ae</sup> Seitzensi.
- + 1267. Ulrichus Dux Carinthiae confirmat et auget privilegia Cart<sup>ae</sup> Seitz.
- + 1277. Rudolphus I Romanorum Rex Cart<sup>ae</sup> Seitz... in protectionem, recipit et  
libertatibus ornat
- + 1290. Albertus I Dux Austriae confirmat privilegia Cart<sup>ae</sup> Seitz -
- + 1298. Hermanus Episcopus Gurcensis confirmat Cart<sup>ae</sup> Seitz privilegia ab

Ulrico Episcopo concessum / S. Ludovicus dicitur Prior.

+ 1305. Rudolphus Rex Austriæ Carant<sup>ia</sup> Seitz in suis privilegiis vult illos am-  
servari.

1305 Ottobonus Patriarcha Aquilei... mox plero præcipit ut eart<sup>ia</sup> Seitz  
immunitate et commodis consulat. —

Nota. — Diplomata præmissa omnia referuntur sparsim in codice Diplomatico  
Bernardi Piz Benedictini, a Jo. Anton. Schœnegg ed. et pub. Bernard Pizius. —

+  
J. M. J.

Catalogus  
Priorum  
domus Seitzensis.

# Catalogus VV. PP. Priorum Cartusiae Seitzensis ex archivo, necrologio ejusdem Domus et chartis Capituli gen. collectus. —

Nota. « Haec series Priorum, post enixam requisitionem, ex dicta Domo trans-  
missa est ad me anno 1752, » ait D. G. Schwenkel, *Appendix ad tom. III pag. 61*

1160. — 1. — **Beremundus**, ex regio Anglorum (uti fertur) sanguine, Comes  
Cornubiæ, ad instantiam fundatoris a Basilio Priore cartusie VIII<sup>o</sup>, et Cartusia Durbo-  
nensi, ad erigendam hanc novam plantationem missus est designatus Proto-prior  
A<sup>o</sup> 1160, per Gulium, Episcopum Proenstinum, et Petrum, s. Iustachii Diaconum Cardinales,  
quos Alexander Papa III in Hungariam, Styriam vicinam miserat Legatos, introduci-  
tur in villam Ganositz, nunc oppidum, a loco Cartusie unico distans milliari.  
In hac Beremundus cum sociis aliquandiu moratus, operam navavit, ut nova  
ad formam ordinis construeretur domus: qua utcumque in aedificiis perfecta, ab Ottocro  
fundatore primus, fundationis A<sup>o</sup> 1164, iuxta stylium modernum, stylo vero veteri  
A<sup>o</sup> 1165, obtinuit diploma, in quo ipse allegatur uti Prior existens. Novella huius  
plantula annis 8 Beremundus in tanta rerum penuria, exprocurato fundatoris  
obitu originem trahente, profuit, ut locum, pene deserere cogentur inquilini novi,  
quis et ipse Beremundus deseruit, et ante annum 1170 rediit ad Cartusiam, ex qua  
venerat. » ita catalogo —

1170. — 2. — **Joannes**, hujus nominis 1<sup>us</sup>, vir r. albe religiosus, anno quo esset  
Beremundus eidem, successit, et Patres primos extremam pene inopiam laborantes suo  
sublevarit patientiae exemplo, et industria singulari, per annos plus minus 20, quibus  
profuit. A<sup>o</sup> 1173 obtinuit ab Ulrico Patriarcha Aquileiensi, testibus Bernando Berges-  
tino et Frederico Petinensi Episcopis, confirmationem, simul et proprietatem, super vineas

et campos, quos adquisierat jure concambii. A<sup>o</sup> 1177 consolatorias eidem Alexander  
Papa III dirigit litteras, quibus cum cum Conventu ad constantiam animat, et Otto carum  
fundatoris filium admonet, ut fundationem manuteneat et proseguatur, nec sine  
optato effectu: Dum Otto carus, ex illa actione Dux anno 1182 alterum, et auctius dat  
fundationis diploma, iterumque A<sup>o</sup> 1185 nova privilegia et immunitates. Quo  
proxime relato anno, Lucius Papa III per 4 Bullas, ex quibus 2 ad Joannem Pivorem  
et conventum, directae, se liberalem Cartusiae praebuit. In una concedit, ut in defectu  
Diocesis, a quocumque Episcopo Catholica sacros Ordines recipere valeant, in altera: Domum  
Seitzensem cum omnibus pertinentiis sub Apostolica protectione suscipit, in tertia: proce-  
-dium De Gonowitz, in quo (ut inquit) alloe vestrae fundatae sunt, Apostolica auctoritate  
Cartusiae confirmat, in quarta: adhortatur fratres Rudolphum, Otto carum, et Luitpoldum  
De Gonowitz, ut a gravaminibus Cartusiae inferendis abstineant, Nec dubium quin  
fratres hi, vi hujus paterni moniti, abstinuerint ab omni gravamine, affote qui jam  
A<sup>o</sup> 1182 libere et absolute fratribus in Seitz Deo servientibus concesserant punctionem  
per totam, equam, in Oplotnitz et in Ueuna, pluraque tunc et postea illis contulerant,  
Unde merito in hanc usque diem eorum memoria annue recolitur in Seitzensi annua  
-sariorum libro: Rudolphi quidem die 25 februarii, Otto cari die 11 nov. Luitpoldi: tandem in  
mensis junio, de quo ita scribitur: In hoc mense redditur anniversarium S. Luitpoldi  
De Gonowitz instar aliorum. Benefactores quoque habuit Joannes Piv nobilem virum  
Wulfringum De Cappenberg, qui praedictum dictum, in Norbach Cartusiae contulit: cujus  
donationem Dietricus Episcopus Gurensis rogatus S. Papae Lucii, et S. Alberti Archiepiscopi  
Saltzburgensis, cum consilio suorum in perpetuum confirmavit A<sup>o</sup> Dni 1187, die 11 kal. Febru-  
-arii.

1190. — 3. — Nicolaus I<sup>us</sup> Praedecessoris sui strenuus aemulator, invigilando suo  
domini, sub quo in dedicatione beatae A<sup>o</sup> 1190. 5 idus Martii, per Godfridum Patiar-  
-chan, Aquileiensem, facta, Cartusiae huic plurima oblata fuerunt dona a diversis.  
Inter <sup>has</sup> Rudolphus De Resia cum, Helthude uxore sua (quorum memoria etiam, in nostro  
necrologio annuae die 15 nov. agitur) villas duas juxta Petovium obtulit. Leopoldus

etiam agnomento virtuosus, Dux et successor Otthocari Ducis Styriae, sub regimine Nicolai  
decimas quatuor villarum cartusiae concessit. Quarum concessionem Leopoldus alter  
dictus gloriosus, Dux Styriae, ratam habuit A<sup>o</sup> 1195. Item ratam habuit donum,  
quo S<sup>ra</sup> Mechthildis patrimonium suum, quod jure hereditario habuit, domui Seitz-  
-gensi tradidit, cujus proinde S<sup>rae</sup> obitus in necrologio sub die 28 sept. inscriptus  
legitur. Sed et ipsum Leopoldus ille gloriosus non solum cartusiae Gyriacensis  
fundatorem exhibuit, verum et maximum Seitzensis Benefactorem, dum ad instan-  
-tiam Nicolai Prioris A<sup>o</sup> 1207 utriusque Otthocari litteras novis litteris firmavit  
et plurimum auxit. A<sup>o</sup> 1208, ex commissione Innocentii Papae III. Alte. memorato  
Leopoldo saepe militiae ceucent, Nicolaus noster imposuit. Tandem dum annis plus  
minus 30 domui sibi creditae utiliter, aeque ac laudabiliter profuit, obiit anno et  
die oblivioni traditus, Leopoldi nihilominus utriusque memoria in Seitzensi necro-  
-logio etiam nunc reseratur, virtuosus quidem, die ult<sup>a</sup> Dec. hoc tenore: ob. L. Dux  
Austriae et Styriae, gloriosi autem, die 28 Julii, qua scribitur: ob. Leopoldus Dux  
Austriae et Styriae, fundator Cartusiae in Gyro. » ita catal.

1220. - 4. - Petrus I<sup>us</sup> vir magne sanctimonie et fame domini foris que. In  
litteris publicis vocatur vir providus et sanctus, sub quo Leopoldus de Genowitz consenti-  
-ente uxore, conversi habitum, Seitzii accepit. Aque ac Antecessor Nicolaus, Petrus  
iste 30 plus minus annis Prioratum tenuit, nisi fors inter utrumque quis medius  
intercesserit oblivioni traditus. Ante procerat adhuc Nicolaus (lecto. archivo) A<sup>o</sup> 1208,  
et Petrus jam erat saltem, A<sup>o</sup> 1234 Prior. De Nicolao: quo anno post annum 1208  
decesserit, ac de Petro: quo anno ante an. 1234 successerit, nihil constat, nec scitur  
an, et quis inter medius fuerit: unde conjectura non levis, quemlibet et eorum, circiter  
30 profuisse. Relictis dubiis ad certiora sub Petro gesta accedendum, Gregorius Papa  
IX Duplici Bulla cum subscriptione Cardinalium (una de A<sup>o</sup> 1228, altera de A<sup>o</sup> 1233)  
domum hanc sub Apostolica protectione recipit et p<sup>ri</sup>ncipaliter approbavit. Theodora  
vidua Leopoldi Austriae et Styriae Ducis sub dato Ludenburch. A<sup>o</sup> 1233, ad Saaman

12  
oli, quam maritus olim concesserat, addidit alteram, inquit: ad confratrum ejusdem cenobii cibaria lautius condienda. Fredericus Dux, praedicti Leopoldi filius, sub dato Fetovice A: 1233 confirmat donationem 5 mansuorum, quos Dna Sophia de Leunbau per manus ejusdem Frederici cartusive tradidit. Bertholdus Patriarcha Aquilensis 3 litteris, annis 1237 et 1247 decimas varias cartusive assignatas approbat. Illicus Episcopus Gurcensis large promittit ut possessiones, quas in feudum habent ab ecclesia, sui ministeriales sive clerici, sive laici, si Probatibus in feudo dare voluerint, nisi illas in perpetuum possideant, idque datis deinceps litteris A: 1243, dupli. sigillo Episcopi et Capituli munitis. Quas deinceps A: 1298 confirmavit ejusdem Silesiae Episcopus Swentidus cum Capituli consensu. Wilhelmus etiam de Hoheneck, qui cartusiam aliquando gravaverat, ad se reversus, propter 5 mansos, quos pater ejus Leopoldus in articulo mortis donaverat, addidit alios 5 pro emenda, Quin et sororem suam, Dnam Elisabetham de Wiltenburg induxit, ut 14 mansos in villa Strenowitz ecclesiae feudo parti vendidit, partim donaret. Nec his contentus, morte proximo 16 alios liberaliter contulit, datis litteris A: 1241. — Tandem duo filii Leopoldi de Gansowitz (qui habitum Ordinis receperat) multa bona huic cartusive contulisse memorantur: ex his unus, ut videtur, fuit Juricus de quo anniversarium codex ad diem 20 febru = ob. Juricus de Gansowitz et uxor sua, Haec sub Priore Petro. Quo anno obierit, datum est oblationi, non tamen ejus memoria, quae in archivo ab a: 1234 ad an. 1247 frequenter occurrit. » itaq.

1260. — 5. — Burchardus, cujus notitia ex unico red authenticis ad nos pervenit documento, diplomate videlicet fundator Cartusive Vallis jocosae in Transilvania, sub dato A: 1260, Kal. nov. In quo praesertim dicticum Episcopum Gurcensem inter testes comparant Burchardus Prior Vallis S. Joannis in Seitz et Gregorius Prior Vallis S. Mauritii in Gyro.

Hujus tempore Alexander Papa IV A: 1255 domui huic singula privilegia hactenus concessa iterato confirmavit. Item a: 1259 Patriarchae Aquilensis, ejus suffraganeis, Abbatibus et aliis mandavit et precepit, ut cartusiam contra invasores et detentores rerum tuerentur et defendant. Stephanus Dux totius Sclavoniae et Capitaneus Styriae

XXIV  
A<sup>o</sup> 1254 Cartusie villas duas adjudicat contra S. Vionensem, militem de G<sup>u</sup>ibel<sup>us</sup>,  
qui eas proterebat. Stephanus idem primogenitus Regis Hungarise, et Dux Styrie,  
A<sup>o</sup> 1259 cartusie donat hospitala in Zerexwaldt, cum omnibus ad illud pertinentibus,  
quod nunc ad Neomontenses Cistercienses in Styria spectat. Sub hoc Burchardus Prior,  
aut ejus successore, Ulricus Dux Carinthie, et Dnus Sclavonie, A<sup>o</sup> 1262, Seitzensi  
Eclesie contulit mansum unam prope Labacum, ad fovendum perpetuum lumen  
in sacristia. Et rursum, A<sup>o</sup> 1267 voluit, ut annue in Windisch-Grätz loco duorum,  
4 modios de frumento, et loco 10, 20 brassi mensuras habeant jugiter, insuper addidit  
plenam a teloneo libertatem omnium, quae vendid erant, aut comparaverint in civitatibus  
Stain et Windisch-Grätz. Unde et hodie usque Ulrici hujus recurrit annua memoria  
in Calendario ad diem 26 Oct. in hac forma: ob. Illustrissimus Princeps Dux Ulricus,  
fundator S. in Franitz. - Annus et dies obitus Burchardi Prioris ignorantur. » ita cat.

1273. - 6. - Jacobus I<sup>us</sup>, Praedicatur ut optimus oeconomus et talis fuit:  
dum fundatorum gratias et libertates ab Ottocaro Bohemice regis confirmari  
obtinent et augeri duplici instrumento: uno de A<sup>o</sup> 1270 et altero ad an. 1272, insuper  
et plura alia in commodum monasterii comparavit. Quo anno processu coepit, non liquet.  
Dum praedecessoris annus obitus ignoratur. Non tamen, ultra an. 1273 cartusie Seitzensi,  
profuit. Translato hoc anno ad Prioratum, cartusie in Gyris, in qua et obiit a<sup>o</sup> in certo,  
die 19 nov. Dolendum sane, quod antiquum necrologium, perierit, ex quo tam hujus  
quam aliorum hujus domus Priorum, anni et dies obitus desumi potuissent. » ita catal.

1277. - 7. - Hisnido. Inter Priores Seitzenses hactenus omissus, sed jure  
inscrendus, vivit de Ordine praedice meritis, huic domui fere annis 8 profuit, et duplex  
a Rudolpho I<sup>o</sup>, Romanorum Rege, obtinuit privilegium, utrumque A<sup>o</sup> 1277 datum.  
Qua Prior Vallis S. Joannis in Sclavonia subscriptus legitur A<sup>o</sup> 1280 litteris fundatorum.

Castarice s. Lucis in Paresio, cui domini a<sup>o</sup> sequente ad instantiam fundati: is  
 (resignato Seitzensi Prioratu) profectus in Priorem, adjecta clausula: quod intra trien-  
 -nium nulli alteri domini profecti passet. Eandem aetate in senium vergente, ad cetera  
 quietem, rex extans, obiit plenus dierum, die 9 febru. A<sup>o</sup> 1311, monachus in domo Vallis  
 s. Hugonis cum plenis per tot od. monachatu. Ita p. Carolus le Conteux, qui Annales  
 Ordinis cum Leone le Vasseur collegit, ubi ait: ex quo post mortem, obtento beneficio,  
 quod rarissime iis temporibus concedebatur, conjici potest, qualis et quantus Hismido  
 fuerit,» ita catal. — (De eodem Priore sic loquitur Catalogus Priorum, s. Hugonis: «—

« Ysmido profectus s. Hugonis, vir pius, domum Arverie gubernavit an. 1276, et  
 domum Seitzensem in Sclavonia an. 1280. Unde in Galliam revocatus, Priorem s. Lu-  
 cis in Paresio et piissimam fundati: omni consilio et exemplo adjuravit per duos annos  
 circiter, donec ad moderamen hujus d<sup>o</sup> suae professionis crederetur a<sup>o</sup> videbat 1283,  
 sed de anno post abdicato Prioratu pro amore solitudinis, privatus vivit usque ad an.  
 1295 iterum, factus Prior s. Hugonis, <sup>ubi</sup> ex tabulario proest a<sup>o</sup> 1295. Vel alio translatus  
 vel in solitudinem regressus a<sup>o</sup> 1296. Sed a<sup>o</sup> 1303 denuo profectus domini Arve-  
 -rie eam triennio gubernavit, donec tandem claustrum repetens in hac domo  
 pie mortuus est quinto idus febru. a<sup>o</sup> 1311, habuitque plures monachos ex ibi ejusdem emi-  
 -55

1281. — 8. — Rudolphus, procurator Prior, cujus in archivo fit mentio ad  
 diem 17 Kal. Julii 1281, quo successit Hismidoni in regimine. Quot annis tenuerit, non  
 constat, nequando obierit aut resignaverit, sub hoc autem aut ejus successore, Alber-  
 -tus Dux Austriae et Styriae, A<sup>o</sup> 1285, privilegium de melle alicubi libere recipiendo,  
 confirmavit. » ita catal.

1290. — 9. — Ludovicus, Rudolphi ad an. incertum, successor, ut optimus pater-  
 -familias, censum non austerius auxit plurimum. Privilegia confirmari et augeri obtinuit.

XCVI  
Altare S<sup>te</sup> Lucie in Capitulo oravit, et altare S. Joannis consecrari fecit, ut dotalis littere testantur. Frequens in archivo sit mentio de Ludovico ab a<sup>o</sup> 1290 usque ad an. 1298, Unde inter hos saltem annos Piorum, egisse compertum est; tam etiam annus quo regimen inchoavit cum a<sup>o</sup>, quo illud deposuit, ignoscitur. Inter benefactores numeravit Gebhardum, Ulricum, et Leopoldum, fratres, Barones de Gonneck; qui varia contulerunt proedia et proecipue Ulricus cum conjugis sua, qui et in Seitzensi cartusia locum sepulture sibi elegit: unde horum memoria annu<sup>e</sup> Die 25 febru. recollitur. Per recessus nobilis S. Otto de Lichtenstain, Camerarius Styrie, qui A<sup>o</sup> 1302, sub Ludovico antejus successore Godofrido, sibi suisque accedente filiorum suorum Ottonis et Rodulphi consensu, anniversarium perpetuum fundavit ut ejus littere sub dato Grätz, proxima feria III<sup>a</sup> ante diem, S. Joannis B<sup>te</sup> testantur. » ita.

1306. - 10<sup>e</sup>. - Godofridus, Prior aeterna memoria dignissimus, et in magna apud Pontifices, Cardinales ac summos Principes auctoritates, uti acta ejus ab unda demonstrant: eo anno quo Ludovicus cessit, recessit. Prima Godofridi in archivo sit mentio 1306 et ultima A<sup>o</sup> 1314. Unde annis ad minus 8 cartusiae profuit Seitzensi. Ab hac translatus ad erigendam Murbacensem, domum in Austria. Tempore quo proerat Seitzii, a Clemente Papa V obtinuit singularum immunitatum, ab antecessoribus suis, Regibus etiam ac Principibus concessarum, confirmationem. Quis et mandatum, ad Abbatem in Sillichs, ut ad satisfactionem, compellat, qui bona cartusiae occultant aut detinent. Ad Napoleone S. Adriani Card. Diacon. et Apostolice sedis Legato proeter alia impetravit facultatem edificandi capellam in villa Seitz et indulgentias pro visitantibus Ecclesiam in Cartusia. Utique in plurimis favorabilem se exhibuit cartusiae hanc ab a<sup>o</sup> 1305 usque ad an. 1313, Otto bonus Patriarcha Aquileiensis, cujus littere extant.

Sub hoc etiam Godofrido Piore, Fredericus Abbas ad v. Lambertum, relicta Abbacia, Ordinem cartusiensem professus est in hac domo Seitzensi. A<sup>o</sup> 1308 Godofridus in aeternam adit Cartusiam, Capitulo gen. interfuit ut diffinitor; et inde tribus domibus Sclavonice impetravit communicationem, singulorum privilegiorum, toti Ordini concessorum. Frederico Duci Austriae et Styriae, tandem Romanorum Regi, clarus fuit et in magna aestimatione.

apud eum; unde dum adhuc Seitzio procerat, duo singularia ab eo obtinuit privilegia (etiam capellani titulo honoratus) unum de a: 1311, alterum de a: 1314: quo etiam ob reverentiam Frederici antecessoris et mairbachensis, cartusie Fundatoris, Godofridus a Prioratu Seitzensi absolutus, neo-erectae cartusie in Mairbach primus praefectus Prior. Quae et quanta ibidem intra 24 regiminis annos egerit, videri potest in chronico Mairbachensi. Huic etiam, (pergit collector) Henricus, rex Bohemiae et comes Cyprii, cartusiam in Smalzae fundatam, A: 1326, in manus resignavit, ut datales notant. Adde ego: praeter Mairbachensem, et Smalzensensem, alias duas cartusias in Hungaria, nimirum Lepidorepugii et Vallis s<sup>cti</sup> Antonii, necnon Germanicensem in Austria, cura et studio Godofridi Priori erectas habet Ordo cartusiensis. Quin et de Pragensi in Bohemiae erecta paulo serius, sollicitudinem gessit Godofridus: dum in hunc finem duos ad Elisabetham, Reginam misit Cartusianos. Patet ex his, recte Godofridum, appellari, aeterna memoria dignissimum, qui tandem in senectute bona obiit A: 1338, die 1 nov. » ita est ag.

1314. - 11. - Petrus II<sup>us</sup>, De hoc in antiquo Calendario mortuorum ita legitur: A: 1328, die 11 Kal. junii obiit p. Petrus, quondam Prior in Seitz, nunc autem Prior in Gyrio: qui construxit ecclesiam in Seitz et multa alia bona aedificia, Deus misericorditer animae suae. Amen. Per ecclesiam (ait collector) intelligi debet chorus superior cum duobus altaribus, quae A: 1321 consecrata sunt. Successit igitur Petrus Godofrido A: 1314 in Seitzensi Prioratu; quem ultra an. 1321 rexit: et illo translatus ad Prioratum in Gyrio. Quae Prior in Gyrio subscriptis legitur A: 1328 in die 1. Augustae in instrumento obedientiae, quae capitulo gen. ipse cum aliis promisit. Quo ibidem anno, die ultima (verius 22) in aia obdormivit in Domino, » ita est.

1328. - 12. - Joannes II<sup>us</sup>. Quae Prior in Seitz obedientiam Capitulo gen. ad an. 1328 spondit, a Prioratu, ut videtur, absolutus A: 1332; sed intermedia appellatione.

regimen retinuit ad annum usque 1335: quo per ch. Capituli gen. cassata contra visitatores  
 appellatione, iterato absolutus et discipline subicitur. Absolutus domum sibi Celle-nove  
 in grinau pro habitatione elegit: ubi laudabili emendatione subsecuta, A<sup>o</sup> 1337 Joanni Discipulo  
 -na remittitur, et Priori in grinau committitur, ut eum, si velit, in vicarium, aut sacris-  
 -tam instituat. Annus quo obiit incertus est. Seitzii sub mo Priorate duplex obtinuit privi-  
 -legium a Frederico Rege Romanorum, quod ille dedit 4 ante obitum, mensibus A<sup>o</sup> 1329,  
 et in utroque se Regem Romanorum, constantem proficitur, addito etiam regni sui a<sup>o</sup> XV.,  
 ita cetera. - Sic loquitur ch. 1335: « Priori Vallis s<sup>te</sup> Joannis fit m<sup>ia</sup>, et quia sine causa ratio-  
 -nabili contra Visitatores tanquam contumax et rebellis appellavit, unde scandalum et  
 perniciosum exemplum omnibus praecevit: maxime propinquis et aliis religiosis, qui  
 etiam monachum suum ad Capitulum, secum adduxit et in multis aliis offendit; vadat  
 ad domum, nove Celle ad profitemdum, id id eum, et pro suis excessibus criminorum,  
 sustineat disciplinam usque ad voluntatem Capituli gen. cum dicto Priore. - S. Raypertus  
 monachus Vallis s<sup>te</sup> Joannis qui venit ad Capitulum, inordinate et multa alia commisit  
 in domo, quam rexit antea, et eam in malo statu dimisit, revertatur ad domum suam  
 Vallis s<sup>te</sup> Joannis sine vagatione et discursum, et sustineat carcerem per unum mensum, et  
 eductus de carcere sustineat criminorum disciplinam usque ad voluntatem Capituli  
 gen. » ita Chauvet. - Unde patet S. Raypertum fuisse Priorem Seitzensem ante Joannem  
 -nem, 11<sup>mo</sup> n<sup>o</sup> quid eum dicitur « in d<sup>o</sup> quam rexit antea »

1332. - 13. - Colomanus, Ad sunt litterae in archivo, in quibus ad an. 1332  
 die s. Iacobi Apostoli allegatur ut Prior. Videtur igitur hoc a<sup>o</sup> a Visitatoribus loco Joannis  
 institutus in Prioratu; sed Joanne ad Capitulum gen. appellante, ad tempus a regimine  
 impeditus. » ita cetera.

1335. 14. - Godefridus. Item qui supra 10 hujus domus Prior litteris authenticis  
 quae adunt A<sup>o</sup> 1335, die inventionis s. Stephani, se subscripsit ut Rector in Seitz et Prior

XLIV  
Domus in Murbach; haud dubium, quia accepta charta, Godfridus se in Zeitzium contulerit, Joannam absoluit et se Rectorem scripsit ad breve illud tempus, quo vacante Prioratu de novo provisum erit Priore, » ita catal.

1335. — 15. — Anonymus forte Colomanus, de quo supra, a Godfrido in Priorem secundo institutus, tertio sui regiminis anno, qui erat annus X<sup>to</sup> 1338 ad sui et conventus instantiam, a Capitulo gen. mutans consecutus resignavit. » ita catal.

1338. — 16. — Anonymus alter, qui et ipse post triennium resignavit aut obiit <sup>ita catal.</sup>

1342. — 17. — Conradus de Haymburg I<sup>us</sup>, feria 2<sup>a</sup> in crastino S. Joannis B<sup>ate</sup> a<sup>o</sup> 1342 in praesentia Petri Prioris in Gyris, et Hermani Prioris in Trevis, canonice electus in Priorem, et Murbachensi Cartusiam, in qua erat vicarius, evocatus ut praesit per litteras adhuc existentes (aut collector) sed sine a<sup>o</sup> et die habetur eorum copia. Videtur Conradus electus in Priorem A<sup>o</sup> 1341, quo festum S. Joannis B<sup>ate</sup> incidit in Dominicam, non a<sup>o</sup> sequente, quo occurrit ab feria 2<sup>a</sup>, aut certe erratum, in feria, quae A<sup>o</sup> 1342, 3<sup>a</sup> erat, non 2<sup>a</sup>. Zeitzio concessi triennio profuit Conradus, vir incomparabilis, de quo plura in serie Priorum Cartusiae Gemnicensis; cuius profuit et in ea obiit A<sup>o</sup> 1360, die 17 aug. De hoc conrado videtur Chronicon Murbachense a doctissimo et religioso S. Hieronymo Peg benedictino Mellicensi in Austria perpresso, editum; in quo plurima laude dignissima leguntur. » ita catal.

1345. — 18. — Nicolaus II<sup>us</sup> per annos plus minus 15 Prior, cujus Prioratum stabilivit littera in archivo repertae; una ad annum 1345 in die S. Oswaldi et altera ad annum 1351 in die S. Thomae Apostoli. A<sup>o</sup> 1348 obtenta e R<sup>o</sup> P. generali facultate, amplavit

Savastiam, et in eâ altare novum construxit. A: 1357 a Nicolao Patriarcha Aquile-  
iensi Cartusia Seitzensis, et cum eâ Gyriensis ac Fridriensis eximuntur a collectionis  
cujusdam solutione, quæ emanaverat. Reliqua Nicolai gesta una cum a: sui obitus  
latent. B: liquet ex sequenti, quod ultra annum 1359 non profuerit, » ita catal.

1360. - 19. - Conradus II<sup>us</sup>. Sub suo 25 circiter annorum regimine, bonus prædic-  
atur œconomus. Propter confirmationes privilegiorum, etiam novas a Ducibus Austriæ et  
Styriæ obtinuit gratias, necnon a variis benefactoribus bona plurima. Visitatores  
provinciæ egit aliquandiu ab A: 1368, terminos novos spatiumentorum obtinuit a R<sup>o</sup>  
Pete Generali A: 1377. Alia ejus acta per annis singulis occurrunt in Archivo, in his primis  
epocham habet A: 1360. per A: ante purificationem, et ultimam A: 1377 in festo S. Catha-  
rince V. et M. Quod deinceps Prior peranserit annis, non adeo liquet. Annus pariter quo  
obit, annotatus non reperitur. Die tamen, juxta necrologium nostrum, et Gemmicensis,  
9 sept. » ita catal. - Sed vide inferius post S. Georgium.

1385. - 20. - Georgius I<sup>us</sup>. Ispanus quo præesse cepit, incertus est, et non annus  
quod desit. Hic charta capituli gen. 1385: S. Georgio Priori S. Vallis S. Joannis in Seitz  
fit nra; et proficimus eam in Priorem S. H. unitatis prope Brunam, sub hujus  
aut antecessoris regimine, sub anno Papa VI. duo contulit huic cartusiae privilegia, et  
confirmavit unum A: 1382, alterum vero 1384. Philippus etiam de Alenconio, Episcopus  
Salinensis, S. R. R. Card. et Patriarcha Aquileiensis, visitantibus Ecclesiam in Seitz, A:  
1383 die ultima oct. largitur indulgentias 140 dierum. Nota: est haec octava dies  
dedicationis nostri templi, prout nunc celebratur. Georgius vero Prior a Seitzensi Priorat  
ad Brunensem translatus, ibi post multorum annorum regimen, cum multa laude  
transactum, tandem resignato hoc officio, obiit A: 1407 die 25 jan. De quo plura  
in serie Priorum Brunensium, videri poterit. » ita catal. -

1385. — 21. — Conradus III<sup>us</sup>. De quo charta predicta anni 1385 sub infert: et  
 S. Conradum monachum ejusdem D<sup>i</sup> in Seitz, proficimus ibidem in Priorem; et studet  
 idem S. Conradus novus Prior, in quantum sibi divina gratia dignalitus largiri, ad repara-  
 tionem, edificiorum tam domus superioris quam inferioris, quia minantur ruinam, hac charta  
 Proclaram, fuisse virum, hunc Conradum, satis invenit officium visitatoris ipsi annis  
 1386 et 1387 con creditum. Accedit et presentura mors, qua in D<sup>no</sup> obdormivit tertio sui  
 Prioratus anno, cum beneficio monachatus per tot. Ord. Unde ch. anni 1388 obitum ejus  
 denuntiat in hac forma: ob. S. Conradus Prior D<sup>i</sup> S. Joan<sup>i</sup> in Seitz die 3 mensis febru. hab.  
 monach. per tot. Ord. » ita catal. —

Nota. (Forte is Conradus idem est ac Conradus II<sup>us</sup>; potuit enim a prioratu absolvi propter infirm-  
 itatem, et post aliquot annos regimini S. Georgii, iterum in Priorem, profici a<sup>o</sup> 1385). De Conrado sic  
 loquitur Ephemerid<sup>es</sup> ad diem 3<sup>o</sup> februarii): « Conradus Prior Seitz, vir multum spectabilis  
 qui per 29 annos munere Prioris in hac domo perfunctus, plenus meritis satis cessit annis  
 1388, die 3 februarii, ex catalogo Priorum Seitz. » Immo beneficium monachatus  
<sup>Conrado</sup>  
~~et~~ concessum, probat illud, de ordine bene meminisse; quod difficile dici potest de novo  
 Priore tribus tantum annis gubernante.

1388. — 22. — Paulus I<sup>us</sup>. Sub quo multa bona a Leopoldo Gonowitzensi, ulti-  
 mo hujus familie Dynasta, monasterio nostro data sunt. Leopoldi hujus quasi  
 per accidens meminuit charta Capituli anni 1394, dum obitum conjugis denuntiat  
 in hoc verba: ob. Nobilis D<sup>na</sup> Agnes, uxor S. Leopoldi magni benefactoris D<sup>i</sup> in Seitz,  
 habens saecularium. Memumque clarius ch. Capituli anni 1398: ob. S. Leopoldus Gono-  
 witzer, benefactor D<sup>i</sup> prope Seitz hab. licen. De Paulo Priore fit mentio in archivo n<sup>o</sup>  
 1390 in vigilia natiuitatis D<sup>ni</sup>. Prospuit toto triennio et mensibus aliquot, tandem sponte  
 cessit, ut faceret locum R<sup>o</sup> P. Generali, cui a Capitulo in domo Montelli A: 1391 celebrato,  
 per decretum commissum fuit, ut in futurum, durante schismate duntaxat, in castro  
 Seitzensi, ceterarum, per Italianam et Germaniam antiquissima, reus eret, sponte cessisse  
 Paulum, satis indicat beneficium monachatus, quod per tot. Ord. obtinuit. Mortuus a<sup>o</sup> 1403, die 6 jun.  
 ita catal.

## Decretum A<sup>o</sup> 1391 emanatum:

Committimus de... quod recipiant et c... et d'esperant ad dictum Capitulum gen. quod celebrabitur in D<sup>o</sup> Vallis S. Joannis in Seitz. Et quia praefatus Pater mortuus. Pater Cartusiae ad praesens in Domo Florentiae nostri Ordinis commode residere non valet propter guerrarum discrimina, quae totam pene Italiam, destruunt et confundunt; quapropter negotia emergentia super annum, celeriter nequeunt expediri, quia personis Ordinis ad dictam Domum Florentiae facilis non patet accessus; id eo ordinamus quod praefatus Dominus Cartusiae de cetero residet in Domo S. Joannis in Seitz nostri Ordinis, tradentes ei dictam Domum loco Domus Cartusiae, cum plena administratione spiritualium ac temporalium omnium dictae Domus. Surtum enim decernimus, ut in ea Domus Prior Cartusiae residet, quae post Domum Cartusiae schismaticam, inter alias Domos Ordinis priores obtinet ex auctoritate antiquitate primatum.

## Generales tres Seitzii residentes ab anno 1391 usque ad an. 1410

1391. - 23. - R. P. Joannes Barensis, inter Generales primus, hujus nominis 111<sup>us</sup>, A<sup>o</sup> 1379 cum esset Prior D<sup>o</sup> S. Bartholomei de Visalto, Diviso in duas partes Ordinis ob schisma in Ecclesia exortum, ab Urbano VI instituitur in vicarium Generalem, quo munere per triennium bene administrato, ab eodem Urbano A<sup>o</sup> 1382 in primarium Generalem assumitur, et unanimitate Patrum Ordinis sub Urbani obedientia, qua talis agnoscitur, eique Florentina Cartusia pro sede Generalatus assignatur. Ubi dum annis fere 9 et Generalatus et Prioratus prosecuisset, vigore decreti supra relati, non obstante senio, ad Cartusiam Seitzensem se contulit, ibidem Ordini imperpetuum profuturus. Verum in anabili repente morbo oppressus eodem anno 1391, quo Seitzium venerat, die 12 octobris ac meritum plenus, naturae humanae debitum solvit. De quo charta anni sequentis: ob. R<sup>o</sup> in X<sup>to</sup> P. D. Joannes Prior Cartusiae, die 12 oct. hab. plen. cum frater alterius monach. per tot. ord. Et necrologium nostrum Seitzense ad dictam diem: ob. S. Joannes Prior Cartusiae et domus nostrae, huius memoriam Seitzii reliquit in ms. cod. olim num. 120

10  
signato, his verbis: « A<sup>o</sup> 1391 eg. F. Joannes Prior Cartusie inveni infrascriptum nume-  
-rum librum, in Domo Vallis s. Joannis in Seitz. » ita catal.

1392. — 24. — R. P. Christophorus, hujus nominis I., Generalis II. Vicarius,  
Generalis, ab obitu s. Joannis in Capitulo privato, ex Priore s. Maggiani electus, vi  
Decreti A<sup>o</sup> 1391 emanati, quod sic sonat: = Eligimus Priores domorum Vallis s. Mauritii,  
Vallis Jovis, Vallis s. H., et Portae B. M<sup>ae</sup> in Heggbach; qui si quando necessitas hoc requi-  
-reret, possint usque ad sequens Capitulum gen., in casu quo dictus R<sup>dm</sup> Pater noster domus  
Cartusie solveret debitum universae carnis. = Accidit casus et Christophorus electus  
a praedictis in Vicarium pro interim: A<sup>o</sup> sequenti qui erat X<sup>to</sup> annus 1392 confirmatus  
in Generalem a Diffinitoribus Capituli gen., consensus dantibus qui aderant Prioribus.  
Confirmatio talis est: = Nos s. Cosmas Prior s. Marcellini, Michael Prior s. Mauritii,  
Raphael Prior s. Bartholomaei prope Sarnam, Petrus Prior s. Lapidis refugii in Hungaria,  
Sylvester Prior s. Montis s. Petri, Joannes Prior s. Spiritus prope Lucan, Joannes Prior s.  
Verbipolensis, et Joannes Prior s. Portae B. M<sup>ae</sup>, Diffinitores Capituli, accedente consensu  
et consilio omnium, et singulorum Priorum, in praesenti Capitulo congregatorum, necnon  
conventus s. s. Joannis in Seitz, auctoritate Capituli gen. et omni via et modo quibus  
melius potuimus proficimus et praesentium, tenore proficimus unanimiter et concorditer  
R<sup>dm</sup> P. nostrum, Christophorum, olim vicarium, nostri Ordinis Generalem, in Priorem s.  
Cartusie; hortantes eundem, R. P. nostrum, quatenus onus sibi impositum, viriliter  
suscipiat et patienter ferat, pro ma et totius Ordinis nostri utilitate et salute. Et proci-  
-pimus in virtute s. obedientiae omnibus et singulis personis nostri Ordinis tam  
Praeatis quam subditis, quatenus eidem R<sup>dm</sup> Patri nostro, ut teneatur, debeant in om-  
-nibus humiliter obedire. =

Ita in R<sup>dm</sup> Patrem confirmatus Christophorus, praefuit multa cum laude toti ordini  
sub Bonifacio IX Papa, et domui huic Seitzensi annis 6 et mensibus 8. Quibus  
completis, obiit a<sup>o</sup> 1398 die 28 aug. habuitque monachos per tot. ord. » ita catal.

1398. — 25. — B. Stephanus Senensis. | hujus nominis inter Priores, Generali-  
 um vero residentium, Seitzii III. ex Priore D. Mediolani concorditer electus a conventibus  
 in Seitz, quibus jus competebat eligendi novum Priorem, qui et domui et toti Ordini processet;  
 modo eligent qui dignus foret et par tali oneri. Unde ch. anni 1398, adhuc inente Christo-  
 phoro, = Eligimus Priores Domorum Vallis s. Mauriti, Vallis Jocasae, Mediolani et Bononiae, qui  
 si quando necessitas hoc requireret, possint cum Priore Cartusiae Capitulum privatim celebrare.  
 Et in casu, quo contigeret R<sup>one</sup> Patrum nostrorum, Trinum Cartusiae solvere debitum, universae  
 carnis, vel aliter resignare, ordinamus quod praefati Priores electionem, per conventum, D<sup>i</sup> de  
 Seitz canonice factam, de Priore Cartusiae, habeant confirmare, si talem elegerint, quorum  
 donum, ad regendum Ordinem nostrum, valesit judicare; alioquin nullatenus consentiant,  
 in quo eorum consentitus oneramus. = Vigore hujus decreti, dum aedita Christophori morte,  
 Stephanus tunc Prior Mediolani, Seitzium preparat ad praesidendum novae electioni, sum-  
 mo gaudio excipitur, et mira omnium consensione a Seitzensibus eligitur in Genera-  
 lam, ipso anno 1398. Nota: Titus Dorlandus lib. 9. cap. 35, Chron. cart. ait: = Hunc  
 Stephanum post obitum Divae virginis Catharinae Senensis, cui in vivis familiaris orat. ad hanc  
 domum Seitzensium migrasse, et ordinis habitum suscepisse etc... plus a ibidem reperies....  
 (Palaeus est hoc assertio Dorlandi, Stephanus fecit professionem in D<sup>o</sup> Pontiniani prope Senas. fr. Pat.)  
 Electus Stephanus, ut dictum est, Prioratum cum Generalatu non alio suscipit animo,  
 quam iterum se abdicandi animo, si quando saeculorum reunitur sublato schismate.  
 Summo proinde conatu intra 12 fere annorum spatium, quo profuit, in hoc incubuit, ut  
 suum aliquando intentum, assequeretur. At ceptus tandem illud a<sup>o</sup> 1410, quo majores  
 Cartusian, adit, et Generalatum coram Patribus in Capitulo gen. congregatis libere renun-  
 ciavit. Renuntiatione facta, primum, domus Pontiniani, mox a<sup>o</sup> 1411 Prior domus  
 Papiae eligitur, simulque visitator provinciarum Italiae. Unde in ch. anni 1410 legitur:  
 « Pro<sup>o</sup> Lombardia propinquois et remotioris visitabit R. ille Pater D. Stephanus Prior  
 D. Pontiniani, cum socio Priore vel monacho, quem duxerit eligendum; cui etiam ex  
 confidentia, quam ad ipsum habemus, et ex specialibus causis, super eadem, pro<sup>o</sup> usque  
 ad futurum, Capitulum gen. nostrum, generaliter concedimus, potestatem. Et in casu quo sibi  
 id obicitur, poterit etiam aliquos Priores ordinare qui unam vel plures domos visitare possunt,  
 et ad se habeant referre, et talia omnia expediat secundum conscientiam meam, de qua confidimus

puritatem. = Eadem potestas eisdem verbis expressa, eisdem a<sup>o</sup> 1411 confirmata fuit, sed jam Prioris D<sup>i</sup> Papiacensis; in qua obit A<sup>o</sup> D<sup>ni</sup> 1424 die 13 aug. Obitum ejus referente ch. anni sequentis (1425) in hunc modum: = ob. R<sup>oni</sup> in X<sup>to</sup> P. D. Stephanus de Senis, dudum Prior D<sup>i</sup> prope Papiam, qui habet par totum ord. plen. cum ps alt. monachatum; cujus obitus dies scribitur in Kal. Domorum Ord<sup>i</sup> sub die 13 Aug. = Cura de Stephano alii referunt copiosius: pauca ad do, quae hic Seitzii ejus memoriam conservant, extat vero legenda s. Catharinae Senensis <sup>vita?</sup> in membrana eleganti charactera A<sup>o</sup> 1400 in vigilia coenae d<sup>ni</sup> scripta seu absoluta, ad cujus paginas in latere superioribus S. Stephanus attexit, quibus ille interfuit, nomenque suum posuit ita dicens: = ego S. Stephanus nunc Prior Cartusiae novi hominis, etc.... In moderno quoque annuario ariarium codice ita legitur: = In die Trinitatis, post vesperas dicitur agenda in choro pro D<sup>na</sup> Clara de Petovia, cujus officium, die sequenti redditur in conventu, ex ordinatione S. Stephani Prioris Cartusiae. = Praeter hoc, duae aliae extant in archivo nostro litterae, una a ad an. 1402 et altera ad an. 1407, quae Stephani memoriam, in hanc usque diem, conservant, sub eo etiam Cartusia in Petrobach initium, habuit, et eo instante sacro Ordini est incorporata A<sup>o</sup> 1410, attestante ch. dicti anni; quae S. Hartmannus ejus D<sup>i</sup> hucusque Rector, primus propebat Prior. » ita cat.

## Priores post unionem Ordinis.

In ch. anni 1410: Priori D<sup>i</sup> 1. 10 annis in Seitz Stephano Senensi facta est unio, et confirmatio, cui novi Prioris Stephani Maurbacensis, committimus Prioribus Domorum Vallis s. Mauritii in Gyrio et Vallis s. H. in Maurbach. Itaque Senensi hoc ac successit

1410. — 26. — Stephanus II<sup>us</sup>. In Maurbacensi professo primum Prior in Gyrio annis 5, a cujus D<sup>i</sup> regimine A<sup>o</sup> 1406 ad suam magnam instantiam absolutus, ita intercessit in negotiis Ordinis fideliter Stephano Senensi, ut ad ejus recommendationem, eidem succederet A<sup>o</sup> 1410, in Prioratu Seitzensi: ubi dum annis fere 3 Prior extitit, vita defungitur A. D. 1413 die 28 maii: cujus obitus cum beneficio quod obtinuit in ch. anni sequentis denuntiatus in hac forma: ob. S. Stephanus dudum Prior D<sup>i</sup> Vallis s. H. 10 annis in Seitz, qui cum tricenis. habet anniversarium, perp. cum proximo annis. jungendum, cujus obitus dies scribitur in Kal.

1411. 27. In mat. in archivo nostro Seitzensi monumenta, unum sub a<sup>o</sup> 1411 in pesto  
S. Magd. alense, et alterum a<sup>o</sup> 1412 per. 4<sup>o</sup> post pest. Berg arthoe, quae hujus Stephani me-  
minerunt, a collectore catalogi (qui tenensem, cum Maurlacensi, confudit) Stephano Senensi  
attributa: qui jam ut supra dictum est, A<sup>o</sup> 1410 Prioratus hujus d<sup>o</sup> oeq. et Generalatus  
renunciavit. Ceteris quin, Stephanus hic non alius esse videtur ab eo, qui Cantuae Maur.  
lacensi annis 5 profuisse asseritur in chronico Maurlacensi. » ita catal.

1413. — 27. — Conradus IV<sup>us</sup>, sub 11 p<sup>o</sup> annorum regimine, A<sup>o</sup> 1414, a Capitu-  
lo gen. facultatem obtinuit augendi cellas ad numerum, usque vigesimum. A<sup>o</sup> 1415 con-  
fraternitatem inivit in spiritualibus cum Andrea in Gyris, Jacobo in Freidnitz et Petro  
in Plethia, Prioribus, sub dato 11 kal. julii dicti anni. A<sup>o</sup> 1421 die 23 jan. impetravit  
a F. Herberto Episcopo Ceffelicensi, qui erat d. Ludovici Ducis de Dackh Aquileiensis  
Patriarchae vicarius generalis, indulgentias pro altaribus S. Dunce et co. M. in monasterio,  
necnon ab Episcopo Seccoviensi Ulrico a<sup>o</sup> 1423 vidimus super litteras ab Urbano VI et  
Bonifacio IX Ordini concessas. A<sup>o</sup> 1424 Prioratus renunciavit Conradus, contentus interim  
partim vicariatu, partim procuratura, donec in senectute bona, ex hac vita in alteram  
evocaretur A<sup>o</sup> 1456, die 20 sept. Unde ch. anni sequentis: = ob. d. Conradus quondam Vicarius  
et Prior d<sup>o</sup> S. Joannis in Seitz. » ita catal.

1424. — 28. — Bernardus. De quo ch. anni 1424: = Prior d<sup>o</sup> S. Joannis in Seitz  
(Conrado) fit m<sup>o</sup>, et proficimus eis in Priorem S. Bernardus, nunc absolutus, a d<sup>o</sup> Montis  
Anglorum, in Inals, = Vir erat Bernardus multae tum pietatis, tum eruditionis, necnon  
in agendis magna dexteritatis, octo omnino Cartusiarum Prior successivus. Qua Prior d<sup>o</sup>  
Argentina, negotia Ordinis tractavit in Concilio Constantiensi, cui interfuit A<sup>o</sup> 1415 etc...  
Prior<sup>us</sup> Rhemane fuit visitator. Cartusiam, Gemnicensem, qua Prior in Inals (cui tunc  
praefuit) a<sup>o</sup> 1422 cum F. Arnolde Priore P. in Gyris, visitavit: ab ipso Arnolde (ut ei vicinior esset)

a Prioratu Inalsensi absolutus, ad Prioratum Seitzensem anno jam relato promovetur: cui tamen ultra quadriennium processu non potuit, ut ex successore constat. Nam senio et laboribus fractus, ad ceteram quietem rediit, sepositis hujus saeculi sollicitudinibus, et tandem plenus dierum obiit in domo suae professionis Coloniae, A<sup>o</sup> 1440, die 15 martii. Unde et dicti anni: = ob. 8. Bernardus monachus et senior D<sup>i</sup> Coloniae, qui fuit Prior in 8 domibus et habet plen. monach. ejus obitus dies scribatur in kal. Novembrii, sub die 15 martii, = » ita catal. —

1429. — 29. — Andreas I<sup>us</sup>. Natione Franco: oeconomicus bonus, qui non austerius censum auxit. Frequens in archivo occurrit mentio de eo: quarum prima occurrit in festo S. Matthiae Apostoli A<sup>o</sup> 1429 et ultima A<sup>o</sup> 1434 Dominica ante festum S. Andree Apostoli. Profuit a Bernardi resignatione, annis circiter 9, et dum a<sup>o</sup> 1435 a curis multam instantiam absolvi petiit, non obtinuit, nisi adjecta conditione: si visitatoribus videbitur expedire. Impetrata ab his circa finem dicti anni absolute a Prioratu Seitzensi, iterum, elapsis paucis annis, reassumitur ad Prioratum Petriacensem, cui summo cum fructu annis ad minus 15 profuit; donec senio fractus, etiam hunc a<sup>o</sup> 1455 resignavit, Seitzium rediit, et A<sup>o</sup> 1456 die 1<sup>a</sup> Aprilis obiit. Sequo et. anni sequentis ita refert: = ob. 8. Andreas de Franconia, mon. prof. D<sup>i</sup> in Seitz, dudum Prior dictae D<sup>i</sup> et D<sup>i</sup> in Petriach, qui habet anniv. perp. post tot. vid. associandem cum primo anniv. cur. post diem obitus sui. Curis itatoris officium gessit annis 8. Est, a<sup>o</sup> 1454 et 1455, quae Prior in Petriach, » ita catal.

1437. — 30. — Christophorus III. Resignante Andree successit in Prioratu Seitzensi, cui profuit 7 annis et aliquot mensibus, uti reperitur in archivo litterae exhibent. ab a<sup>o</sup> 1437 usque ad ann. 1443, quo ad regimen D<sup>i</sup> Gemnicensis (aj us erat prof) evocatur, » ita catal.

1443. - 31. - Marcus. In Priore D. Brunensis Prior in Seitz ab aug. anni 1443. Comes sibi commissae strenue profuit annis per 4. Intra quos Fridericus Comes Cilicie monasterio huic plurima beneficia contulit, subditos eximendo a jurisdictione et unguenta sil. alias competente: fundos etiam certos sub dominio Leenberg Cartusiae largiendo. A. d. n. 1447 Marcus a regimine D. Seitzensis ad Prioratum D. Passionis in Legnity translatum, ibidem mortuus A. d. 1454 die 12. februarii. Fuit hic Marcus etiam comisit<sup>us</sup> pro<sup>us</sup> Memanice superioris qua Prior in Seitz declaratus A. d. 1446. » ita catal.

1447. - 32. - Bartholomeus. In professo cartusiae in Buxheim, Prior in Seitz. Vir omnino insignis, qui privilegia domus a Frederico Imperatore solemniter confirmari obtinuit Graecii in Myria, aliisque multa intra 10 annorum regimenes monasterio comparavit. Hic insignem expertus est inter benefactores Fridericus Cilicie comitem: pro quo etiam annue redditur quod ei debeatur in hac cartusia. Nam circa festum s. Hieronymi persolvitur in conventu anniversarium illius cum candelis, qui fuit fundator aliquot altarum. Et iterum circa 13 oct. diem redditur tricenisarium pro comitibus Cilicisibus cum candelis. Porro Bartholomei Prioris in economicis diligentiam, deprecant 14 in archivo reperta documenta. A. d. 1456 adit capitulum gen. in majori Cartusia celebratum, in quo adjutor cenobiarum extitit, ac demum ad magnam instantiam, a Prioratu Seitzensi absolvi obtinuit. Absolutus redit in Buxheim, ibique post aliquot annos in quiete exactus, eligitur in Priorem, et quia talis obiit A. d. 1470 die 26 martii. Unde ch. dicti anni: « ob. d. Bartholomeus Prior D. Huloe S. M. in Buxheim, qui alias fuit Prior D. 1. 80 annis in Seitz. Bartholomeus hic domus Buxiae profusus asseritur, sed in duobus necrologiis nostris Seitzensibus ad dictorum obiitum diem, sic scriptum invenitur: ob. d. Bartholomeus prof<sup>us</sup> hujus D. et Prior Buxiae. Ubi error lateat, ignoratur. » ita catal. - Potuit facere 2<sup>am</sup> professionem, in D. Seitz secundum consuetudinem hujus temporis. -

1456. - 33. - Nicolaus III<sup>us</sup>. Vir optimus (ut refert optime licet breviter collectus) qui multa bona praestitit in ordine: Henricus de eo varia extant in archivo Documenta ejus industriam, probantia: ex quibus primum occurrit A<sup>o</sup> 1457 feria 4<sup>o</sup> ante s. Gregorium, et ultimum, A<sup>o</sup> 1458 feria 3<sup>o</sup> post s. Martinum, Cartusianus, hunc rexit annis 14: Die 7<sup>o</sup> Martii Mauriacensis in Austria annis 18; Deinceps Dominus Lepidis refugii in Hungaria annis 7; et ab hac ultimo translatus ad Prioratum Freidnicensem, in quo et obiit in senectute bona, postquam, in his 4 Domibus Prior extitit et per annos fere 40, et visitatoris munus 14 annis administrasset, A<sup>o</sup> 1498 Die 7<sup>o</sup> Februarii. De quo dicti anni ch: = ob. S. Nicolaus Prior s. Vallis Joaze in Trinitate alias Prior Domus Vallis s. Joannis in Seitz, Vallis omnium, s. in Marbach, et Lepidis refugii in Hungaria et per multos annos visitator provincie Alemannie superioris, qui habebat tot. ord. plen. cum psalt. monach. sub die obitus sui qui fuit 7<sup>o</sup> Febr. » Ita catal.

1469. - 34. - Henricus de Eckenweld, ex professo Gemnicensi a<sup>o</sup> 1469 ad finem tendente, aut certe ad sequentis annis initium, Nicolaus successit: cui litterae in archivo testantur, quod a<sup>o</sup> 1470 feria 5<sup>o</sup> ante s. Georgium, jam profuerit. Profuit etiam annis fere 5, et per singulos annos sui memoriam, in documentis reliquit: sed lab oribus, morbo et senis affectus, absoluitur a<sup>o</sup> 1474, reditque Gemnicum; ubi et obiit A<sup>o</sup> 1481 die 7<sup>o</sup> Dec. Ita ch. anni sequentis: = ob. S. Henricus mon. in s. Gemnico, qui fuit Prior in Seitz. » Ita catal. -

1474. - 35. - Christophorus III<sup>us</sup> cognomine Stöckel. - Nobilis de Legerssee, Henrico successit in Prioratu Seitzensi a<sup>o</sup> 1474, et tertio sui regiminis anno moritur Die 1<sup>o</sup> Martii 1477. Unicum, in archivo nostro extat documentum, quo docemur hic Priorem, egisse a<sup>o</sup> 1475, feria 6<sup>o</sup> post festum, s. s. . Altem, exhibet ch. anni 1477 dum ejus obitus haec forma exprimit: = ob. S. Christophorus Prior s. Vallis s. Joannis in

Seitz, monachus prof. D. in Gemnico, » ita catal.

1477. - 36. - Casparus I<sup>us</sup>. Et iste intra triennium, Prioratus cum vita finivit, mortuorum, catalogo insertus a<sup>o</sup> 1480, die 12<sup>a</sup> Januarii, cujus regimen corroborant L. de annis 1478 et 1479 reperta documenta. Obitum vero confirmat Ch. dicti seu obitus anni = ob. S. Casparus Prior D. S. Joannis in Seitz, » ita catal.

1480. - 37. - Michael I<sup>us</sup>. In professo Maurbachensi fit Prior in Seitz ac prospuit inter diversas ejus temporis angustias, hinc domui annis 9, et satis utiliter, quem edmondum, acta demonstrant. Primum, ex his epocham habet anni 1480 in die S. Primi et Feliciani; ultimum, (omissis intermediis) a<sup>o</sup> 1489 in die S. Blasii. Hoc ipso anno resignavit; in hac tamen cartusia permansit usque ad diem obitus, qui fuit 18 Julii a<sup>o</sup> 1490, Unde Ch. capitularis anni sequentis: = ob. S. Michael mon. et sacerdos S. Vallis S. Joannis in Seitz, alias Prior dictae domus, » ita catal. -

1489. - 38. - Thomas. Etiam hic Maurbach vocatur; cujus Prioratus ex litteris in vigilia natiuitatis B. V. M<sup>ae</sup> datus a<sup>o</sup> 1489 stabilitur. Paucorum mensium spatium regimen simul et vitam complevit, mortuus ipso anno 1489, die 26 nov. Cujus obitus in Ch. anni sequentis his verbis refertur: = ob. S. Thomas Prior S. Vallis S. Joannis in Seitz, prof. S. Maurbach, » ita catal.

1490. - 39. - Matthias. Nota: successor Thomae quidem dubius est ob regiminis brevitate, Conradum successisse arduum collector; sed nos sine dubio. Nihil enim in quadam scheda, Conradum, et Priorem, obisse a<sup>o</sup> 1491 die 20 sept. cujus tamen nullum vestigium, actum reperire potuit. Sed nec ego. Chartas capitulares studiosè revolvens ullum reperi. Accidit quod.

ipse collector in quodam codice invenit scriptum: = iste liber est emptus a S. Sixto Priore  
in Seitz a<sup>o</sup> 1491. Quo anno per ch. electio Sixti Prioris confirmata et ratificata fuit. Subigitur  
Comadus obiit a<sup>o</sup> 1490 dicta die, aut Prior nunquam extitit; quod ultimum, verosimilius est,  
cum de obitu illius nulla proorsus fiat in charta mentio. In confirmatione tunc Sixti non a<sup>o</sup>  
1490 sed 1491 facta, colligi videtur inter Thomam et Sixtum profuisse aliquem, qui videtur  
fuisse Mathias; collectore inter Priores ad an. 1498 collocatus, et revera teste libro anni-  
versariorum antiquo, obiit die 19 m<sup>o</sup> ai<sup>o</sup> Mathias cum titulo Prioris in Seitz. Unde videtur  
probabile est fuisse hunc aliquo tempore Priorem, ita certum est hunc debuisse procedere  
Sixtum, non subsequi. Dum Sixto adhuc Priore existente, obiit a<sup>o</sup> 1497 die jam relata  
Mathias, non ut Prior, sed ut vicarius in Seitz, teste charta anni sequentis ita obitum  
denuntiante: = ob. S. Mathias prof. et vicarius d<sup>o</sup> in Seitz. In necrologio vero conventuali de  
Mathia ad 19 m<sup>o</sup> ai<sup>o</sup> sic legitur: = ob. S. Mathias qui fuit Prior hujus domus. Nota: qui  
fuit. Hunc igitur Mathiam, non Conradum, successisse Thomae arbitror; sed post breve  
regnum, sponte cessasse Sixto, sub quo obiit vicarius a<sup>o</sup> et die supra relatia. Vocabatur ille  
Mathias Meselhart de Algeia (ut hic locus in inferiore Salubritate). Qui proterquam, quod  
varios tractatus sua manu descripsit, etiam nonnullos composuit: inter quos vidi librum  
sub titulo: Lilius antiquitatum, cum hoc initio: = Bonum est in cibo cum gratiarum actione  
peripere etc... = Itemque sermones de sanctis. De his in m. s. codice additur: = Requirere  
ipsius conciones, et ex ungue agnosces leonem, quantum fuerit et quam doctus viv. » ita cat.

1491. — 40. — Sixtus. Vir optimus ac fidelissimus Prior hujus D<sup>o</sup>. Pater et amator sui  
Conventus. Prospit curatio hic annis saltem 7; ab a<sup>o</sup> nempe 1491 usque ad an. 1498, ut libere  
in archivo docent. Et ab hac domo ad Maurbachensem, cujus erat professor, translatus, eandem  
rexit annis 14 et mensibus aliquot. Extitit quoque annis 3 qua secundarius, et annis 11 qua  
primarius Visitator provinciae. Sed visitatoris honorem oneri conjunctum in alterum a<sup>o</sup> 1509  
transfere obtinuit, Prior tamen in Maurbachensem remansit ad obitum usque, qui accidit ei  
a<sup>o</sup> 1513, die 5 junii. Unde ch. anni sequentis: ob. S. Sixtus Prior D<sup>o</sup> in Maurbach, qui  
etiam fuit Prior in Seitz et visitator prov<sup>o</sup> Alamaniae superioris, qui habet per tot. vid. plen. cum pres.  
monach. et obiit 5 junii. Scilicet in Kal. dom. sub die praedicta. » ita extat

De eo sic loquitur Ephemerides ad 5 Junii: « Sicutus vir ob morum, probitatem, et vitæ integritatem, laudatissimus, in magna a quibus suis et provinciæ Alamanicæ superioris, cuius erat visitator, veneratione simul et amore habitus, præmatura morte ingenti sui relicto desiderio præscribitur ann<sup>o</sup> 1518, die 5 Junii. (Catal. Priorum, Seitz. »)

1498. — 41. — Mathoecus I<sup>us</sup>. Sub quo (ait collector) duo minora altera in hospitale a<sup>o</sup> 1501 die 6 Junii consecrata fuerunt. Prioratus Seitzensis a resignatione Sixti regendum suscepit a<sup>o</sup> 1498 circa Pascha. Nam Dominica in albis præfuisse jam legitur susceptus, fideliter rexit annis 18 et aliquot mensibus, factus conuicator et visitator provincie. Annis fere singulis fit mentio ejus in archivo ad annum usque 1509, quo ultima occurrit in die animarum. Quæ Prior in Seitz unus fuit et primus cum R<sup>o</sup> P. Generalis Franciscus de Puteo tertiam, statutorum compilationem a se editam, commisit a<sup>o</sup> 1508, revidendam, et ubi opus corrigendum, hæc verba chartæ anni sequentis: « Et quoniam Prior d<sup>o</sup> in Seitz conuicator provincie Alamanicæ superioris in procedente Capitulo fuerit unus et primus ex correctoribus tertie compilationis noviter editæ, quæ ad ejus relationem fuit per dictum Capitulum, de suo et ceterorum omnium communi consilio approbata et confirmata; nihilominus tamen visis litteris ejusdem Prioris, et ceterorum aliquorum Priorum dictæ provincie, copiam dictæ compilationis per manus fr. Luce, concessi in Lexeldt eidem Priori remittimus, quam communicare poterit aliquibus ex Prioribus expertis in factis Ordinis et Statutis; et quidquid tam ipse quam ipsi sentiant, Capitulo sequenti referant. » A<sup>o</sup> D<sup>ni</sup> 1510 Chrysgono Priori Gemnicensi ob senium, sponte resignante, succedit Mathoecus in Prioratu Gemnicensi ad instantiam ipsius Chrysgoni et totius Conventus Gemnicensis, mediante Capitulo gen., quod Mathoecum ex Seitzensi Priore proficit in Gemnicensem. Gemnici dum annis 9 Prior extitit, a morte S. Sixti eligitur in Priorem, de Murbachensis, quod in hac et quod in illa cartusia egerit, videri poterit ex serie Priorum utriusque Cartusie. Provinciam, hæc quæ collegia annis 6, quæ primarius visitator rexit annis 11. Visitatoris muneri renuncians ob senium a<sup>o</sup> 1520. Prioris officium in tribus domibus exercuit per 24 annos, quod tandem deponere statuit, et ex parte quod voluit, impetravit. Ita enim, ch. anni 1522: « Prior d<sup>o</sup> Valli 00. M. in Murbach ad manum maximam instantiam fit m<sup>o</sup>: insuper futuro Priori injungimus,

quatenus Priori absoluto ob ipsius senectutem, et graves infirmitates de servitore aliquo idoneo  
 provideret, qui ipsi ligna et aquam ferat, et in ceteris necessitatibus diligenter assistat. Ita illi  
 Patres misericorditer erga Matthaeum, de ordine bene meritum, in comitiis dicto anno die 19 maii  
 inchoatis. Sed aliter disposuit Deus, qui operarium sibi per eum in dignitate mori voluit, dum  
 illum, 14 maii ejusdem anni ante inchoatum, Capitulum ad se vocavit. Unde ch. anni sequentis:  
 = ob. S. Matthaeus Prior S. in Maurbach, qui alias fuit Prior Dom. in Seitz et in Germanico et multis  
 annis visitator pro v. Hen. sup. qui h. ab et per tot ord. ples. cum psalt. mon. cujus obitus dies fuit  
 14 maii, et ita s. ubatur in Kal. Domonum. » ita catal.

1510. — 42. — **Wilhelmus**. Prior annis fere 4. Quibus fideliter commissam domum  
 rexisse Kalendaria perhibent. A.º 1514 per Capitulum gen. a regimine absolutus in successorem  
 obtinuit cum qui sequitur. Ipse vero obiit a.º 1523 die 21 febru. an et conr. est ualis, an ut iternum  
 factus Prior, non liquet, ch. anni 1524 dictum, illius refert ut actu Prioris, dum in ea legitur:  
 = ob. S. Wilhelmus Prior S. in Seitz. N.B. Forte iterum, factus est Prior Wilhelmus post Greg. e Phil.  
 -ippi Prioris regimen, et obiit a.º et die supra relat. qua actu Prior. » ita catal. —

1514. — 43. — **Michael** 11<sup>us</sup>. In vicario S. in Maurbach per ch. anni 1514 institutus  
 Prior S. in Seitz. Profuit annis 6 cum dimidio, et a.º 1516 convisitator fuit pro inica. DD.  
 initium anni 1521 in actu visitationis absolutus a Prioratu hoc ad suam instantiam,  
 rediitque ad vicariatum Maurbachensem, in quo et obiit a.º sequenti die 9 febru. Hinc ch. anni  
 1522: = ob. S. Michael prof. et vicarius S. in Maurbach, qui alias fuit Prior S. in Seitz et con-  
 -visitator pro Hen. sup. » ita catal.

1521. — 44. — **Philippus**. — In actu visitationis, sub quo Michael abolutionem obtinuit  
 in Priorem electus. Lotum, in Prioratu cursum, intra paucos dies, vix integrum mensem, absol-  
 -vit, mortuus die 18 febru. a.º 1521. Quo us. ch. desuantiatur: = ob. S. Philippus Prior S. in

Seitz, Aggspacensis cartusiae professum fuisse hunc Philippum, quin et aliquando ibidem Priorem asseritur, de quo tamen ch. in denuntiatione ejus obitus nihil commemorat; hinc via verum esse videtur, » ita catal. — De eo quod ch. in obitu ejus nondicat; alius Prior d' Aggspacensis, non est probatio eum realiter non fuisse, quia cuilibet chartis scrutandis interito, apertum est eas non esse semper completas in obitibus denuntiationis. —

1521. — 45. — Balthasar I<sup>us</sup>. De Priore d' in Gyrio ad Priorem Seitzensem avocatur a morte, ut videtur, Philippi. (nisi forsan, ut dictum est supra, Wilhelmus fuerit 2<sup>us</sup> Prior d' post patrem matrem Philippi (1521 ad 1523) usque ad 21 Februarii 1523; et tunc Balthasar a<sup>us</sup> tantum, 1523 profuerit. It. Palémon) Certe a<sup>us</sup> 1523 mense maio, quia Prior in Seitz ex commissione visitavit domos in Gyrio et in Plethiach; ac a<sup>us</sup> 1526 adhuc proceerat, in januariis ipsemet visitatus. Quo etiam anno absoluitur a Prioratu Seitzensi, ac proficitur in Rectorem domus Fridricensis anno sequente. Quo titulo iterum resignato, obiit a<sup>us</sup> 1533 die 20 martii. procurator in hac domo Seitzensi. Hinc ch. anni sequentis: = ob. S. Balthasar p. et p. n. a. alias Prior d' in Seitz, supplet necrologium: = Prior hujus d' et in Gyrio ac Rector in Fränitz. » ita catal.

1526. — 46. — Petrus III<sup>us</sup>. De haeresi Lutherana plurimum infectus, sicut Gemnici. Certe charta anni 1526, contra voluntatem Ordinis fuerat in procuratorem intrusus, ac propterea absolutus; ita hoc ipso anno intruditur in Priorem nostrae domus Seitzensis, a qua ad initium anni sequentis turpiter recessit. Mortuus a<sup>us</sup> et die incertis. Cujus d' fuerit professus nescitur. Forsitan Gemnicensis constat, ubi primo procuratorem egit. » ita catal.

1527. — 47. — Hippolytus. Indubitatus quidem, sed incerto tempore, ob brevitate regiminis, Prior in Seitz. Precedere debuit consideratis circumstantiis, aut Balthasarem, ad an. 1521, post Philippi obitum, aut sequi Petrum, a<sup>us</sup> 1527 heuissimo regimine; cum constet Brunonem, profuisse die 3<sup>o</sup> jan. a<sup>us</sup> 1528. De hoc quidquid sit, obiit tamen quia Prior in Gyrio a<sup>us</sup> 1529. Unde ch. anni sequentis: = ob. S. Hippolytus Prior in Gyrio, olim Prior in Seitz. Certe autem, necrologio die 22 Junii. » ita catal.

(A) D. Patruis . ce premier prétenda être sans intention . En voici la preuve :  
ch. 1526, prior d' in laitz fit mra, et de electione futuri prioris remissiones comentes.  
Les religieux ont donc refusé une élection, et v. Pierre ne fut pas installé malgré  
eux, car: ch. 1527, (In d. Gernico) et v. Patruis ibidem, procurator  
contra voluntatem ordinis intrusus ac de lutherana heresi plus quam  
suspectus vadat hospitatum ad domum in laitz. N'a donc pas été prieur d'entre  
après la dissolution de v. Balthasar faite au chap. de 1526. —

1528. — 48. — Bruno. — Qui cum circiter per triennium Cartusie hujus extitisset Prior ab hoc prioratu per ch. capituli gen. a<sup>o</sup> 1530 transferatur ad Prioratum Treidnicensem, et utriusque calamitoso illo tempore utiliter oequae ac exemplariter profuit: Seitzensi, ut promisi, annis fere 3, Treidnicensi annis 4. A<sup>o</sup> 1534 a Patribus in Capitulo gen. congregatis obtinuit absolutiorem, hoc tenore: = Priori D<sup>o</sup> Vallis Jocoae in Tränitz sit mita ob suam senectutem et ad magnam suam instantiam, et vadat hospitatum, ad domum in Gemnico, ibique omnis humanae sollicitudinis sibi charitative exhibeat. » Ob. a<sup>o</sup> 1538 ultimo obiit cum, hoc elogio: ob. S. Bruno qui fuit Prior in Seitz et in Tränitz, et ultra 45 an. laudabiliter vixit in ord. et obiit in Dominica lectare 1538. » Ita Catal.

1530. — 49. — Andreas II<sup>us</sup>. In eadem ch. (quâ predecessor fuit Prior in Tränitz) ex professo D<sup>o</sup> Brunensis instituitur Prior in Seitz: ubi primo regiminis sui anno a Tartaris terram depopulantibus cum lecta corona sua captus, torquetur et occiditur, a<sup>o</sup> 1531 die 3<sup>o</sup> martii. hujus obitus in ch. ejusdem anni exprimitur his verbis: = ob. S. Andreas Prior D<sup>o</sup> in Seitz. prof. S. prope Brunam, » Ita Catal. — De eo sic Iphemerides ad 3<sup>o</sup> martii: « Andreas Prior Seitz, a Turcis captus, tortus, et in odium fidei catholice immaniter trucidatus, martyrii palmam adipiscitur a<sup>o</sup> 1529 die 3<sup>o</sup> martii. Catal. Priorum Seiz. » Non est 1529 sed 1531 ut constat ex ch. ejusdem anni.

1531. — 50. — Matthoebus II<sup>us</sup>, cognomento Burgiar, vir religiosissimus et desperatis illis temporibus, quibus Euroe omnia devastabant, per necessarium. Qui officii sui partes strenue peregit, optimam aconomiam se exhibuit, turrim magnam, quae in pergula communis colloqui visitur, aedificavit, pluraque alia bona praestitit de... Hujus domus profusus et adhuc cellita duos edidit tractatus ex variis selectis, cujus unius titulus est: Flores campi, major; et alterius: Flores campi, minor. Cartusiam Gyriensem, dum vix ultra annum, rexit ut Prior, eligitur a veteris quibusdam post fugam, cessante Tartarica rabie, reversus in Priorem hujus domus a<sup>o</sup> 1531, id est, eodem quo Andreas occiditur, profuit etiam annis 9, et

1472  
singulis illis memoriam sui reliquit in archivo. Provinciae hujus extitit conuicator annis 6.  
Eandem uita longiori dignus, non sine moram luctu et d. hujus Damus obiit a. 1540 die  
22 junii. De quo ch. anni sequentis: ob. 8. Balthasus prof. et Prior d. in Seitz, conuicator p. eo  
Blasius sup. q. u. h. ab el-miss an. de B. Me. p. u. t. o. d. ... ita catalogus.

1540. - 51. - Blasius. Vir bonus de quo litterae in archivo ad an. 1540 et duobus  
sequentibus. Profuit annis 3, non tamen integris. Visitatoribus in mense Aprilis 1543  
absoluitur a Prioratu. Quo anno, die et loco obierit, non constat, nisi forte sit idem cum  
Blasio, qui obiit Prior in Aegyptiis circa an. 1570. » ita catal.

1543. - 52. - Balthasar II<sup>us</sup>. In Priore in Pletriach, Prior in Seitz, hoc casu institutus.  
Destitute Blasio, instituerant Visitatores Petrum actum Priorem, Friednicensem in Priorem d.  
in Seitz, ac Balthasarem loco Petri in Priorem d. in Friednitz. Verum Petrus Prior ibi cum suo Prioratu  
contentus, dum Seitzensem suscipere renuit, fit Balthasar Prior in Seitz ipso anno 1543, et annis  
3 huic domui profuit, in qua et obiit a. 1546, die 2 sept. teste charta anni sequentis his  
u. verbis: ob. 8. Balthasar Prior d. in Seitz, qui obiit die 2 sept. » ita catal.

1546. - 53. - Virgilius. Nunc ponendus est post Balthasarem, ante Jacobum, cujus  
nomen ferme exiisset, quia tantummodo per 4 circiter menses hujus d. Rector extitit,  
Obiit in Rectoratu a. 1547, de quo ch. = ob. 8. Virgilius Rector d. in Seitz, ob. 4 januarii. » ita catal.

1547. - 54. - Jacobus II<sup>us</sup>. De hac et sequentibus quibusdam, cum collector ferme  
nihil propter annos regiminis annotaverit, mihi quae chartae hujus temporis varice desint,  
in certum remanet, morte praematura, an resignatione ultionae Prioratus intra breuem  
regiminis terminum cessarit. Jacobus itaque profuit a. 1547 et sequenti, quo processu desit  
ita catal.

J. Jacobus obiit in fine anni 1548 vel sub initio anni 1549 ut constat ex ch. 1549 ita  
dicentis: ob. J. Jacobus prof. D in Leichenitz Prior D in Seitz.

1549. - 55. - Nicolaus IV<sup>us</sup>. Ipso anno 1549, quo coepit, etiam processe desuit. ita cat.

1549. - 56. - Augustinus. Etiam iste brevi regimine, eodem anno quo Antecessori regere  
desuit. Forte Augustinus hic idem erit, cujus obitus in charta anni 1582 deauntiat ut in hac  
forma: ob. J. Augustinus prof. D Ferrarise, olim Prior Doms Venetiarum, Florentie, Luce, Ferrarise et  
Padue, omissio v. eorum similiter titulo Prioris D in Seitz, partim ob brevitate regiminis hic tenti,  
partim ob intercurrentes 33 annos, quos vixit post dimissionem Prioratus Seitzensis, ita cat.  
Augustinus fuit quidem Prior D in Seitz, sed non idem est ac ille de quo loquitur catalogus.  
tenit prioratum usque ad finem anni 1549 v. ad finem 1550 ut constat ex charta anni  
1550 dicentis: = ob. J. Augustinus Prior D in Seitz, p. 84.

1549. - 57. - Wolfgangus. Hic in ordine sequitur Augustinus, fuitque, teste  
collectore, defensor jurium ac piscationum, et tenuit Prioratum ad finem anni 1549 nec  
ultra annum sequentem, rexit. ita cat.

Wolfgangus tenuit Prioratum D Seitzensis usque ad 27 Januarii 1552, teste charta  
eiusdem anni 1552 dicentis: = obiit J. Wolfgangus prof. et Prior D in Seitz ob. 27 Januarii.  
ita necol. Villenove.

1551. - 58. - Andreas III<sup>us</sup>. Annis 1551 et 1552 Prior fuisse asseritur, ita cat.

1552. — 59. — Albertus. Vir bonus. In prioratorem D<sup>n</sup>i Friednity Prior in Seitz per  
annos circiter 3, ad annum 1555, quo aut obiit aut resignavit. N.B. Videmus hic 6 Priorum  
nomina: ut Jacobi II, Nicolai, Augustini, Wolfgangi, Andreae et Alberti, qui ab obitu Vir-  
gili, seu ab a<sup>o</sup> 1547 usque ad annum 1555, intervallo non nisi 8 annorum, certissime hinc  
Seitzensi prosperaverunt, forte singuli intra hos annos mortui. Quod si prospectu et istae Capituli-  
lares alibi assererentur, si intra tamen paucos annos tot Priores mortui, quod mirum, si  
in tanta magna, quae tunc ubique erat, personarum ad Religionem aspirantium copia, sen-  
sim et ipsa Certusia deficere cepit, et in commendam alteri tradidi, ut paulo post factum  
est? » ita et al. — Add. — Forte Albertus venit domum in Seitz usque ad Capitulum, anni 1556  
quia in ch. 1556 legitur: « Priorum D<sup>n</sup>i Seitz in Capitulo institutum, in Domino hoc anno  
quatenus bona impignorata, cum pecuniis in depositorio reservatis redimere studeat, atque  
consiliis visitatoris obediatur, » ita d. th. univ. D. Albertus obiit ex ch. 1558, quae sic ait:  
ob. S. Albertus Polonus prof. D<sup>n</sup>i in Leichnitz hospes in D<sup>o</sup> Olomucensi olim Prior D<sup>n</sup>i Seitz. m. d. xlvi.

1555. — 60. — Hermanus De Ursinis, ex liberis Baronibus de Humik. Ex certusia  
Ferrariensi, cujus erat professor Prior in Seitz, petitus. Profuit ab a<sup>o</sup> 1555 per annos 6 utilis.  
Unde a Prioratu absolutus, obiit a<sup>o</sup> incerto, die tamen 18 nov., ita et al.

1560. — 61. — Andreas IV<sup>o</sup> Vainoditsch. natione Ungarus, ex alia ad nostram relig-  
ionem transgressus, Prior in Seitz annis fere 4. Sub cujus Prioratu accidit, quod requiritur,  
et Andreas absolutus. At tamen ab a<sup>o</sup> 1570 ad obitum, usque per annos 11 p<sup>o</sup> alter venit  
Certusianus in Friednity. In eamortuus Prior a<sup>o</sup> 1581 die 4 maii. Cujus obitum, deest et  
charta anni sequentis in haec verba: = ob. S. Andreas prof. D<sup>n</sup>i Seitz, olim Prior dom. in Friednity  
et Seitz. » ita et al. ...

1567. - 62. - Hugo I<sup>us</sup>, sub hoc Prior, a<sup>o</sup> 1564 die 8 nov. Cartusia haec cum Gyrensi  
in commendam data fuit Zachariae Cardinali Delphino, et quamvis praefatus Hugo aliquot annis  
hic remanserit, ut ex annis 1567 et 1568 post lineam notatis videri potest, sine ulla tamen  
Conventu et administrationis potestatis fuisse legitur. Prioris itaque titulo nudo profuit Hugo  
annis saltem 4. Qui tandem rediit in Italiam, unde venerat, et obiit Prior D. Vedani a<sup>o</sup> 1579  
die 16 aug. postquam plurimum domorum extiteret Prior, attestante lib. anni 1580, in qua ita  
scribitur: = ob. & Hugo Prior D. Vedani, prof. et olim Prior D. Venetiarum, et dom. Luca, Rabregaudi  
et Slavonicae, id est D. in Seitz, quae est in Slavonia, » ita etc. -

1575. - 63. - Georgius II<sup>us</sup>, dictus Zendgraff, Goritiae natus, Ordinem cartusiensem in  
domo de Paulari professus. Inde missus Prior domus in Eckelhausen, in hoc prioratu translatus est  
ad alteram, in domo Lypfordiae, cum honore et onere Visitatoris prov. & Blen. & infri. Ut Cartusias  
in Seitz et Gyro in commendam, extraditas sacro Ordini recuperaret, instituitur Prior D. in  
Seitz a<sup>o</sup> 1575 a Capitulo gen. hoc tenore: « Domini in Seitz proficimus in Priorem S. Georgium  
Zendgraff, propterea a Prioratu D. Lypfordiae absolutum; rogantes et observantes Priorem D. in Murbach,  
visitatorem prov. & infri, ut illi in omnibus assistat et illum juvet, ut dicta domus in Seitz  
ipsi sacro Ordini restitueretur. Georgius de cuncto Patrum morem gerens, mox Viennam, Austriae  
adiit, ad S. Crispinum tunc Priorem in Murbach, praeter alia, equum et 100 coronatos pro itineris  
viatico accepit, Graeciam, Styriam, et inde Romam, petiit; ubi apud 14 aug. Ibi perhinc amiter  
exceptus, negotium, pro quo venerat, ursit cum Zacharia Cardinali Delphino. Quem paratum  
ad Cartusias Ordini restituendas reperit, modo sibi in quibusdam satisfecit, et ad satisfaciendum  
se domus Italicae vellent obligare. Quas cum Georgius obligare non posset, sicut nec  
plene satisfacere, suspensus ad interim, tractatu Romam abiit, quod agendum cum R<sup>do</sup> Patre cons-  
ulturus; sed Venetiis in Cartusia diebus clausit extremum, ipso anno, die 19 sept. De cuius  
obitu ad Crispinum Priorem Murbachensem a<sup>o</sup> eodem, m<sup>o</sup> dato 30 oct. ita scripsit R<sup>do</sup> Pater  
Generalis: « Hic circa horam 9 accepimus litteras ven. P. Prioris Romae, quibus significavit V. P. Priorem  
Zendgraff in regnum meum Romam, Venetiis diebus extremum clausisse, de cuius obitu licet dolemus,  
Deum tamen laudamus, qui voluit nos hac afflictione visitare, ut nostram probaret pietatem, »

sciebatur enim quanto opere indigebamus industria et pietate dicti Ven. Patris, et quanto magis  
indigebamus, eo magis animose ejus quiete et refrigerio orabimus, rogantes et obsecrantes  
V. P. vestrum, ut vices ejus agatis pro recuperatione<sup>andig</sup> illis duabus domibus (in Seitz, et in Gypio) pro  
quam recuperatione premissus fuerat. » Iterum R<sup>dm</sup> P. Generalis ad eundem Crispinum, sub  
dato 27 nov. : « Superioribus mensibus ad vos scripsimus patentes et priores, et ad pie memorie  
Ven. P. D. Georgium Zendgraff, Priorem in Seitz, commissarius Capituli gen., quem paulo post ex litteris  
Parris Romae ad cumulum, nostri doloris et adversitatum, intelleximus vite punctum, et a Deo  
vocatam, 19 sept., et ut pie vidimus, ex ejus integritate exemplari et salubri proposito et consensa-  
tione in melius translaturam, ac illi esse congruendum, nobis vero in miseris hujus turbidi seculi  
rem eventibus compatendum, et condolendum, consilio et solatio tanti viri oblati et destituti.  
Benedictus Deus qui omnia pro meliori salute nostram facit et permittit. Non tamen poteramus non  
comparere vobis et pro<sup>re</sup> atque Ordini etc. » Hic R<sup>dm</sup> P. Bernardus Ordinis Generalis, Georgius itaque  
licet Seitzium non venerit, morte proventus, merito tamen inter Priores Seitzenses est numerandus,  
non tantum, quia quia talis a Capitulo gen., institutus, verum etiam, quia viam stravit ad  
recuperandam facilius domum istam, quinto post anno Ordini redditam.

Obitus Georgii in ch. anni 1576 hoc denuntiatur tenore: = ob. D. Georgius Zendgraff, Prior D<sup>ni</sup>  
Seitz et olim Prior D<sup>ni</sup> Inpoldice et in Luckelhausen, commissarius pro<sup>re</sup> Alam<sup>ie</sup> superioris qui habet miss.  
De B. per tot. ord. et pler. can. pr. alb. mon. act. in 7 pro<sup>re</sup> in Alam<sup>ie</sup>, cujus anniv. sep. recitatur in  
Rel. dom. dictarum pro<sup>re</sup> sub die obitus sui qui fuit 19 sept. » Recuperationem D<sup>ni</sup> Seitzensis, quem  
Georgius Zendgraff inchoavit, tandem A. D. 1579 ad finem tendente, obtinuit Andreas Lethius  
Prior in Gemnice: uti ex contractu inter ipsum, ex parte Ordinis, et Otthelinum Schatzvolam, ex  
parte Cardinalis imito, patet; vi hujus contractus quidem, restituta fuit Ordini, sed varia adhuc  
dominia ad eam spectantia ad tempus cum usufructu eorum, retenta, quae sensim, Ordo redemit.

Hujusmodi restitutione, sequens a Capitulo gen. a<sup>o</sup> 1580 celebrato, emanavit decretum: « De  
reductione D<sup>ni</sup> Seitzensis ad Ordinem, gratias agimus Deo omnipotenti; et propterea committimus  
visitatoribus pro<sup>re</sup>, ne posteriora pejora fiant prioribus, ut domui illi de idoneo pastore autho-  
ritate Capituli gen., provideant. » Interim, antequam de idoneo Pastore domui provideretur, ad  
tempus titulo administratoris praefuit Joannes Eckstein, Prior in Metzloch, vir in tractandis  
negotio probe exercitatus; cui proinde mandatur a Capitulo gen. a<sup>o</sup> 1581 celebrato, ut inspi-  
